DE

SEPTIMIA. ZENOBIA

PALMYRENORVM. AVGVSTA

AMPLISS. PHILOSOPHORVM. SENATVS

AVCTORITATE

ERNESTVS. FRIDERICVS WERNSDORFIVS. A. M

VITEBERG

ET

CHRISTIANVS. ERDMAN. DEYLINGIVS

PHILOS. BACCAL

DISPVTABVNT



LIPSIAE. AD. D. XXV. SEXT. A. CIↃIↃCC XXXXII.

EXCVDEBAT IO. CHR. LANGENHEMIVS

BIBLIOTECA
CENTRALA

DE SEPTIMIA ZENOBIA PALMYRENORVM AVGVSTA DISSERTATIO

§. I.

Materiae difficilis ratio. Scriptores rer. Palmyr. deperditi. Anglorum conatus in exquirendis Palmyrae antiquitatibus laudati.

QVAM ex ultimo Orientis regno in doctorum hominum conspectum producimus Saeculi P. C. N. tertii illustrem feminam, SEPTIMIAM ZENOBIAM, PALMYRENORVM AVGVSTAM, illam adeo dilaudant praedicantque ueteres, ut nobis, rem paullo adcuratius apud animum pensitantibus, uix reprehendendus labor uideatur, qui in eius historia ex instituto describenda occupetur. Cogitanti uero mihi quanam ratione praestantissimae heroinae uirtutes describi possent, multa, et propter materiae dignitatem, et propter scriptorum in historia dissensum, fateor, obuenerunt, quae, si non impedire consilium, tamen difficile illud reddere uidebantur. Nam initio, quum, quae singula in magnis ingeniis admiramur de-

cora atque ornamenta, ea uniuersa in ZENOBIA coniuncta fuerint, non sine caussa in mentem uenit subuereri, ne emunctioris naris homines, leue nostrum scribendi genus uix dignum tanta persona iudicarent. Quae de ea praeclare tradunt antiqui scriptores nequaquam eius uirtutes pro dignitate describunt, quibus profecto ad miraculum ualuit, et Romae atrocissimos etiam hostes in sui admirationem conuertit. Semiramides, Didones, Cleopatras, quas a ueteribus laudatissimas, et ipsa praedicauit saepius ZENOBIA [1]) atque Odenatum maritum, quem tamen inter summos animo et uirtute uiros omnis aetas censuit, fatentibus uno ore scriptoribus, longe post se reliquit, et nihil ei defuit, quo hominum in se oculos animosque conuerteret atque nobilissimo orbis terrarum imperio se digniſſimam redderet, dum summo genere, excellentissimis uirtutibus, et praeclaris facinoribus emineret. Hanc igitur Orientis dominam, quae sexus sui ornamentum fuit, hoc spectatum satis perfectionum, siue animum siue corpus consideres plane singularium exemplum, hanc rarum bonitatem, ipsorum opinione hostium aestimatam, leuiter non describendam esse cunctos puto iudicare. [2]) Equidem si VRA-

1) TREBELLIVS POLLIO *Trig. Tyran. de Herenniano* c. XXVII. p. 325. Vol. II. edit. *Script. Hist. Aug.* quae *Lugd. c. n. Var.* in 8 mai. prodiit: *Didonem, et Semiramidem, et Cleopatram sui generis principem, inter caetera pradicans.* conf. id. POLLIO p. 428.

2) Adeo illustris uisa est Zenobiae uirtus LVDOVICO HOLBERGIO *Prof. Hafn.*, ut quum ille uitas parallelas ad modum Plutarchi, lingua Danorum scriberet, non digniorem heroinam cum qua *Catharinam*, Russorum Imperatricem, conferret, se inuenire posse existimaret, quam *Zenobiam*, quarum ideo res gestas coniunctim recenset. Qui liber, in linguam Germanicam conuersus, nupet admodum sub hoc titulo prodiit. LVDWIG HOLBERGS *Vergleichung der Historie und Thaten verschiedner, insonderheit Orientalischer und Indianischer grossen Helden und berühmter Männer, nach Plutarchus Beyspiel: aus dem Dänischen übersetzt und mit einer Vorrede begleitet von I. F. S.* Hafniae et Lipsiae 1741. uid. *Part.* II. p. 119. seqq. Praeter ea H. C. L. STOCKHAVSEN quemadmodum in dedicatione adpellatur, ZENOBIAE decora, comoedia quadam, uersibus Germanicis, in connubium Augustissimi regis nostri, descripsit, et obseruationes, non omnino poenitendas, adiecit, qui liber inscribitur. *Zenobia*

VRANIVS [3]) uel DOMNINVS ANTIOCHENVS, aut NICOSTRATVS TRAPEZVNTIVS [4]) adhuc supereſſent, qui in uicinia Palmyrae ſcripſerunt hiſtorias, aut PHILOSTRATVS ATHENIENSIS, qui ſub Aureliano hiſtoriam ſui temporis ſcripſit, aetatem tuliſſet, aut LONGINI *Oratio in laudem Odenati* [5]) ad nos peruenisſet, longe praeſtantiora de ZENOBIA relata legeremus, quam haec, quae nunc ex ſcriptorum Romanorum monumentis conſarcinamus. Romani enim Scriptores, quum, quod fieri aliter non poterat, ZENOBIAE infenſi fuerint, eius laudes data occaſione obſcurant, [6]) et narrationes plane abſonas de ea nonnunquam proferunt, quibus riſum ſtomachumque mouent cordatioribus. Deinde mirifice diſcrepant, et, quae de ZENOBIA adfirmauit alter, alter negat, adeo ut cui tandem fides habenda ſit, ſaepius uix

 digno-

nobia von Palmyra: auf die glückſelige Verbindung des Durchlauchtigen Suechſiſchen und Oeſterreichiſchen Hauſes, in einem Schauſpiele vorgeſtellt, et prodiit Halae 1720 in 8.

3) VRANIVS in opere, quod Ἀραβικὰ inſcripſit L. II. de Palmyra agit, DOMNINVM ANTIOCHENVM plerumque *Ioannes Malala* ſequitur, qui Scriptor futiliſſimus, ſi *Domninus* adhuc exſtaret, innumeris in locis emendari poſſet, nec tanta portenta, nobis deinceps amplius obtruderet.

4) NICOSTRATVS ſaepe citatur ab *Euagrio*. uid. I. A. FABRICII *Bibl. Gr.* Vol. VI. p. 127.

5) Mentionem huius operis, quod eſt *oratio in Odenatum*, Ὀδαινάθου ὁ λόγος nuncupatus, facit LIBANIVS SOPHISTA, in *Epiſtola* ad EVSEBIVM, quam ab Em. Bigotio e Cod. Vat. acceptam, primus exhibuit TANAQ. FABER, in Praef. ad LONGINI περὶ ὕψους, ſimulque merito optauit, ut illa oratio hodienum ſupereſſet, propter ea quod procul dubio de Odenato et ZENOBIA plura expoſitura eſſet, quam, quae nunc ex minoribus *Hiſt. Aug.* Scriptoribus diſcimus. Eſt haec epiſtola inter *Libanii* 997. et habetur p. 466. edit. ſplendidiſſimae, quam, nuper admodum curauit, *Vir Summus*, IOAN. CHRISTOPHORVS WOLFIVS. Amſtelod. in fol.

6) ZOSIMVS de *Aureliano* non niſi magnifice loquitur, ethoc agens, de ZENOBIA, quae multum faeſſiuit imperatori, abiecte humiliterque ſentit. HENRICVS DODWELLVS *in Praelect. Camdenianis Praelect. Prooem. V.* §. 2. p. 109. ait: POLLIO *omnes intendit ingenii neruos, omnem oſtentat rhetoricae copiam, ut, ſicut Euſebius Conſtantini, ſic ille Claudii Panegyricum ſcribat uerius, quam hiſtoriam.* Quis igitur deditum deuinctumque Claudio *Pollionem*, dum ZENOBIAE, Claudio eripientis Aegyptum, hiſtoriam ſcribit, multa praeclare dicturum putet.

dignoſcas. [7]) Longe etiam incertiores eſſemus, niſi beneficio Anglorum quorundam Mercatorum, e Palmyrae, quae ſuperant ruderibus, multa nobis detecta fuiſſent, quae hiſtoriam ZENOBIAE egregie illuſtrant. Illi enim, quum auditione accepiſſent, de Palmyrae ruderibus non pauca adhuc conſpici, nulli operae, nullis ſumtibus parcentes, eo profecti ſunt, reliquias inſpexerunt, inſcriptiones, hinc inde in lapidibus obſeruatas, deſcribi curarunt, numos etiam ZENOBIAE produxerunt, et hoc bonae mentis conſilio deinceps effecerunt, ut doctiſſima capita Palmyrenas antiquitates, editis hac occaſione utiliſſimis obſeruationibus, altius inueſtigarent. [8]) His igitur

7) Luculento rei documento ſunt u. c. haec duo loca. Ait TREBELLIVS POLLIO in uita Zenobiae p. 320 *Zenobia nomine filiorum Herenniani et Timolai diutius quam feminеus ſexus patiebatur, imperauit.* FLAVIVS contra VOPISCVS in *Aureliano* p. 516. haec habet: *Hoc quoque ad rem pertinere arbitror, Balbati filii nomine Zenobiam, non Timolai et Herenniani, imperium tenuiſſe, quod tenuit.*

8) Sub finem ſuperioris ſaeculi Angli quidam mercatores, Halebi, in Syria, commorantes, intellexerant ex frequenti cum Arabibus caeteriſque urbis ciuibus conſuetudine, Palmyrae, ſiue, ut recuperato uetuſtiſſimo nomine hodie nuncupatur, Tadmoris rudera, ueteris magnificentiae et ſplendoris admirandas reliquias, etiam adhuc exſtare. Hinc multi ex iis laudabili uidendi deſiderio incitati, communicarunt, urbem, Europaeis incognitam, adeundi conſilia; atque iter nullis territi uiarum difficultatibus An. 1678. magno animo ſuſceperunt. Quod inſtitutum, etſi perfidia Melkami Arabum, qui iſtis locis inſidebat, reguli, tum cedebat irritum, tamen iter illi An. 1691. denuo inſtitutum, auſpicatiſſime tandem abſoluerunt, uenerandae antiquitatis reliquias adcurate perluſtrarunt, quae in columnis, obeliſcis, marmoribus, altaribus, ſcripta inuenerant, ſumma cura deſcripſerunt, et litteratae antiquitatis theſauros tandem in Angliam feliciſſime adportarunt. Ibi, itineris hiſtoriam, Palmyrae notitiam, et inuentos numos, lectasque inſcriptiones, mox ſingulari cura deſcripſit, qui mercatoribus illis a ſacris fuerat, VILELMVS HALIFAXIVS. Is deinde narrationem *Transactionibus*, ut uocantur, *Philoſophicis Regalis ſcientiae Londinenſis* inſerendam curauit, ubi Vol. XVIIII. Num. 217. n. 2. ad Menſ. Oct. 1695 p. 83. deprehenditur. Continuata eſt eadem relatio, in eodem Commentariorum uolumine Num. 218. p. 129. hoc titulo: *An Extract of thè Journals of two ſeveral Voyages of the Engliſh Merchants of the Factory of Aleppo, to Tadmor.* Haec deinceps occaſionem dederunt *eruditiſſimo Anglo*, ABRAMO SELLERO, ut ille ſingulari commen-

igitur et aliis, quae apud ueteres passim exstant, monumentis adiuti, de ZENOBIA in praesenti tempore, quantum poterimus adcurate dicemus, et, quemadmodum nihil adferemus, quod non idoneis auctoribus acceptum referamus, ita sedulo cauebimus ne quid de laudibus feminae supra sexum sapientis detrahatur. Quod scribendae historiae negotium ut rite procedat, de Palmyra urbe pauca iam praemittemus.

§. II.

Palmyrae origo, situs, nomen, mutationes.

PALMYRENORVM res, si quae alia, Historicorum curam cogitationemque mereri uidetur, propter ea, quod nulla facile gens fuerit, in quam breui tempore, siue prospera siue aduersa spectes, plus sibi umquam permiserit fortuna. Scilicet imperium, quod intra decennium omnia Orientis regna destruxit, Persarum uires fregit, Aegyptum in prouinciam redegit, et omnem Asiam ad Hellespontum usque sibi fauentem habuit, aduentante Aureliano cito corruit, et omnem

splen-

mentario illustrandas Palmyrenas antiquiatates susciperet, et de hoc argumento doctum opus componeret, quod *Londini* 1696. in 8. prodiit, et inscribitur. *The Antiquities of Palmyra, containing the History of the City, and its Emperors, with an Appendix of critical observations on the Names, Religion etc. and a Commentary on the Inscriptions.* Iste liber a PHILIPPO GEORG. HVBNERO germanice redditus, et sub titulo: *Antiquitaeten von Palmyra*, Frf. 1716. 8. uulgatus, adeo notus est, ut existimem eum in plurium propemodum manibus uersari. Speciatim *Inscriptiones Graecas*, in ruderibus Palmyrae deprehensas, quod nouae detectiones et capiebant et exercebant eruditorum hominum ingenia, *scholiis* et *adnotationibus* illustrarunt EDWARDVS BERNARDVS et THOMAS SMITHIVS, qui libellus prodiit *Trai. ad Rhen.* 1698. in 8. Quia uero inter istas *Inscriptiones* fuere, quae singularibus plane litteris scriptae uidebantur, id IOANNEM RHEINFERDIVM excitauit, ut de illis restituendis cogitaret, quod praestitit libro, qui inscriptus est. *Periculum Palmyrenum, siue literaturae ueteris Palmyrenae indagandae et eruendae ratio et specimen*, Franecerae 1704. Denique in antiquitatibus Palmyrenis explicandis suum quoque laborem contulit *Reu. Abbas* RENAVDOTIVS in *Eclaircissement sur les explications que les Anglois ont donnees*

ſplendorem dignitatemque amiſit. [1]) Quae imperio nomen dedit, Palmyra, urbs fuit Syriae illius, quae ad Euphraten uergit, de cuius origine [2]) ſitu [3]) et nominis adpellatione [4]) inter

nees de quelques inſcriptions de Palmyre Tom. IIII. Memoir. *des Inſcript.* et bell. Lettres p. 152. *edit. Amſtelod.*

1) De fatis huius imperii conf. ABR. SELLERVS in libro *Antiquities of Palmyra, Londini* primum edito et deinceps etiam in noſtram linguam conuerſo, it. CHRISTOPHORVS CELLARIVS diſſ. *de Imperio Palmyr. Halae* 1693. hab. quae nonſolum exſtat in *Viri Celeb. Diſput.* coniunctim a WALCHIO in 8. editis p. ſtatim 1. ſed et ſubiuncta eſt *Translationi* libri *Selleri*, a HÜBNERO factae p. 471. Add. HENR. NORISIVS *de Epochis Syro-Maced. diſſ.* II. c. 3. p. 104. HVMFREDVS PRIDEAVX. *The old and neu Teſtament connected in the hiſtory of the Iews Part. II.* p. 560. THEOPH. SIGEFR. BEYERVS *Hiſt. Oſrhoena et Edeſſena ex numis* L. IIII. p. 211.

2) FL. IOSEPHVS *Antiq. Iud.* L. VIII. c. 11. originem ad Salomonem Iſraelitarum regem, refert, dum inter alia de eo dicit: *Τὴν πόλιν οἰκοδομήσας, καὶ τείχεσιν ὀχυρωτάτοις περιβαλὼν Θαδμόραν ὠνόμασε, καὶ τοῦτ' ἔτι νῦν καλεῖται παρὰ τοῖς Σύροις, οἱ δὲ Ἕλληνες αὐτὴν προσαγορεύουσι παλμυράν.* Quum igitur *Tadmor* Palmyram eſſe profiteatur, facile intelligitur hauſiſſe haec hiſtoricum ex 1. *Reg.* VIIII. 18. aut 2. *Paralip.* VIII. 4. ubi inter urbes a Salamone conditas תדמור recenſetur. Cum his etiam conueniunt, quae habet hiſtoricus Arabs, ABVLFARAIVS *Verſ. Pocokii* p. 53. Sed Salomoni abiudicat et Seleucum Nicatorem auctorem prodit EDW. BERNARDVS *in Schol.* ad *Monumenta Palmyr.* p. 30. Quae autem IO. MALALA Part. II. p. 152. *Hiſt. chron.* de Palmyra, ſuper eum locum, quo Dauides Goliathum confecerit, a Salomone exſtructa narrat, merito fabulis adnumerantur.

3) Neque POMP. MELA, neque VLVG BEIG, ALFERGAMVS, *cet.* ARABICI GEOGRAPHI *in Anglia editi*, Palmyrae mentionem faciunt. Geographus *Rauennatenſis Anonymus* p. 758. edit. MELAE *Abr. Gronouii, Malmioran.* uocat, eandemque urbibus Coele-Syriae adnumerat. Agit de ea PTOLEMAEVS L. VIII. p. 205. APPIANO eſt *πόλις ἐν μέσῃ μὲν ἐστὶ τῇ Εὐφράτῃ Bell. Ciu.* p. 967. edit. TOLLII *Amſt.* PROCOPIVS *de Aedificiis*, L. II. c. ult. Phoeniciae *τῇ παρὰ Λίβανον* adſcribit. Inprimis autem hic locum ſibi uindicant, quae C. PLINIVS *Hiſt. Nat.* L. V. c. 25. habet, ubi dicit: *Palmyra urbs nobilis ſitu, diuitiis ſoli et aquis amoenis, uaſto undique ambitu arenis includit agros, ac uelut terris exemta a rerum natura, priuata ſorte inter duo imperia ſumma, Romanorum Parthorumque, et prima in diſcordia ſemper vtrimque cura. Abeſt a Seleucia* etc. Quae omnia uere et adcurate ſcripta fuiſſe ab Hiſtorico, ipſi cuncta perluſtrantes oculis, deprehenderunt Angli mercatores, quemadmodum prodit EDW. BERNARDVS c. l. p. 31.

4) *S.* HIERONYMVS *in Exech*

inter se non conueniunt eruditi. Emporium fuisse Indicis Arabibusque mercibus opulentum, ex APPIANO [5]) nouimus, quas uero quantasque mutationes sub Assyriis, Persis, Macedonibus, Parthis, Romanis subierit, quibus, seruato plerumque rei publicae modo, paruit, ex quibusdam ueterum scriptorum locis compertum habemus. [6]) Hadrianus Imp. non medio-

XXXXVII. u. 19. nomen, quod tamen Graecanicum dixit c. l. IOSEPHVS ex latino *palma* deducit, et in hanc quoque sententiam ire uidetur IO. HARDVINVS, quando ad *Plin.* L. V. c. 25. ita commentatur: *Nomen Palmyra a palmis habet, quibus omnis ager est consitus.* conf. et IAC. SPONIVS *Recherches curieuses d' Antiquite* p. 65. Sed apud Prophetam longe aliud *Tamar* intelligendum esse, CELLARIVS, SMITH et alii uiri docti iam monuerunt. ABRAMVS SELLERVS statim sub initium *Append. Antiq. Palmyr.* ἀ πάλμη quod est *parma Persica* deriuat, THOMAS uero SMITHS in *Adnot. ad monum. Palmyr.* p. 35. quia sita fuerit urbs in solitudine et solo salsuginoso, inde nomen accepisse arbitratur. Ciuitas collocata ἐπὶ ἁλμυρᾷ γῇ ob singularem posituram et situm.

5) L. V. *Ciuil.* p. 980. ciues Palmyrae *ditissimos mercatores* adpellat. Florebat etiam urbs ideo, quia ii, qui e Gaza ueniebant, eo transire, teste PLINIO H. N. L. VI. 32. cogebantur. Praeter ea, quum in finibus Romanorum Parthorumque constituta erat, utriusque gentis opibus etiam crescebat, et nonsolum ex fructibus, quos ea ferebat terra, multum redibat ciuibus, sed etiam peregrini mercatores, Palmyram, tanquam in apothecam, merces, ex India petitas, et inde alio uehendas, inferebant. Deinde, quia urbis rudera, inter cuncta, quae etiam nunc aliis in regionibus passim exstant, maxima et notatu dignissima sunt, inde facile de florentissimo olim urbis statu colligi poterit. Neque enim sine singulari uoluptate oculis usurpari potest, illa *ruderum Palmyrae delineatio* in aes incisa, quae apud me est, et secundum nouissimas Mons. *le* BRVN in *Itin. Orient* et *Nobilium Sueonum*, iussu regio ad id missorum, detectiones, est efformata.

6) Nostrum iam non erit, quas mutationes sub his dominis habuerit Palmyra, recensere, quod etiam praeclare factum est ab ABR. SELLERO *Antiq. of Palm.* c. VI. seq. Etsi uero mox his, mox illis dominis potentioribus paruit Palmyra, rei publicae liberae formam tamen semper retinuit. Quod testantur *Inscriptiones* in honorem hominum, bene de re publica meritorum, publice constitutae, quarum aliquas produxerunt Angli mercatores. Ita *Vol* XVIIII. *Transact. Philos.* p. 97. dicitur ΗΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΥΡΕΛΙΟΝ ΖΗΝΟΒΙΩΝ etc. PLINIVS c. l. dicit eam fuisse ἀντωνόμον, quod HARDVINVS per *sua sorte* bene adpositeque interpretatus est. AVRELIANVS in *epist.* ad *Zenobiam* apud VOPISCVM in *D. Aur.* c. 26. inquit *Palmyrenis ius suum seruabitur*, quare opor-

ſplendorem dignitatemque amiſit. [1]) Quae imperio nomen dedit, Palmyra, urbs fuit Syriae illius, quae ad Euphraten uergit, de cuius origine [2]) ſitu [3]) et nominis adpellatione [4]) inter

nees de quelques inſcriptions de Palmyre Tom. IIII. Memoir. *des Inſcript.* et bell. Lettres p. 152. *edit. Amſtelod.*

1) De fatis huius imperii conf. ABR. SELLERVS in libro *Antiquities of Palmyra, Londini* primum edito et deinceps etiam in noſtram linguam conuerſo, it. CHRISTOPHORVS CELLARIVS diſſ. *de Imperio Palmyr. Halae* 1693. hab. quae nonſolum exſtat in *Viri Celeb. Diſput.* coniunctim a WALCHIO in 8. editis p. ſtatim 1. ſed et ſubiuncta eſt *Translationi* libri *Selleri*, a HÜBNERO factae p. 471. Add. HENR. NORISIVS *de Epochis Syro-Maced. diſſ.* II. c. 3. p. 104. HVMFREDVS PRIDEAVX. *The old and neu Teſtament connected in the hiſtory of the Iews Part. II.* p. 560. THEOPH. SIGEFR. BEYERVS *Hiſt. Oſrhoena et Edeſſena ex numis* L. IIII. p. 211.

2) FL. IOSEPHVS *Antiq. Iud.* L. VIII. c. 11. originem ad Salomonem Iſraelitarum regem, refert, dum inter alia de eo dicit: Τὴν πόλιν ὠικοδομήσας, καὶ τείχεσιν ὀχυρωτάτοις περιβαλὼν Θαδμόραν ὠνόμασε, καὶ τοῦτ' ἔτι νῦν καλεῖται παρὰ τοῖς Σύροις, οἱ δὲ Ἕλληνες αὐτὴν προσαγορεύουσιν παλμυρᾶν. Quum igitur *Tadmor* Palmyram eſſe profiteatur, facile intelligitur hauſiſſe haec hiſtoricum ex 1. *Reg.* VIIII. 18. aut 2. *Paralip.* VIII. 4. ubi inter urbes a Salamone conditas תדמור recenſetur. Cum his etiam conueniunt, quae habet hiſtoricus Arabs, ABVLFARAIVS *Verſ. Pocokii* p. 53. Sed Salomoni abiudicat et Seleucum Nicatorem auctorem prodit EDW. BERNARDVS *in Schol.* ad *Monumenta Palmyr.* p. 30. Quae autem IO. MALALA Part. II. p. 152. *Hiſt. chron.* de Palmyra, ſuper eum locum, quo Dauides Goliathum confecerit, a Salomone exſtructa narrat, merito fabulis adnumerantur.

3) Neque POMP. MELA, neque VLVG BEIG, ALFERGAMVS, *cet.* ARABICI GEOGRAPHI *in Anglia editi*, Palmyrae mentionem faciunt. Geographus *Rauennatenſis Anonymus* p. 758. edit. MELAE *Abr. Gronouii, Malmioran.* uocat, eandemque urbibus Coele-Syriae adnumerat. Agit de ea PTOLEMAEVS L. VIII. p. 205. APPIANO eſt πόλις ἐν μέσῃ ἐστὶ ἀπὸ Εὐφράτου *Bell. Ciu.* p. 967. edit. TOLLII *Amſt.* PROCOPIVS *de Aedificiis.* L. II. c. ult. Phoeniciae τῇ παρὰ Λίβανον adſcribit. Inprimis autem hic locum ſibi uindicant, quae C. PLINIVS *Hiſt. Nat.* L. V. c. 25. habet, ubi dicit: *Palmyra urbs nobilis ſitu, diuitiis ſoli et aquis amoenis, uaſto undique ambitu arenis ineludit agros, ac uelut terris exemta a rerum natura, priuata ſorte inter duo imperia ſumma, Romanorum Parthorumque, et prima in diſcordia ſemper vtrimque cura. Abeſt a Seleucia* etc. Quae omnia uere et adcurate ſcripta fuiſſe ab Hiſtorico, ipſi cuncta perluſtrantes oculis, deprehenderunt Angli mercatores, quemadmodum prodit EDW. BERNARDVS c. l. p. 31.

4) *S.* HIERONYMVS *in Exech*

inter se non conueniunt eruditi. Emporium fuisse Indicis Arabibusque mercibus opulentum, ex APPIANO [5]) nouimus, quas uero quantasque mutationes sub Assyriis, Persis, Macedonibus, Parthis, Romanis subierit, quibus, seruato plerumque rei publicae modo, paruit, ex quibusdam ueterum scriptorum locis compertum habemus. [6]) Hadrianus Imp. non medio-

XXXXVII. u. 19. nomen, quod tamen Graecanicum dixit c. l. IOSEPHVS ex latino *palma* deducit, et in hanc quoque sententiam ire uidetur IO. HARDVINVS, quando ad *Plin.* L. V. c. 25. ita commentatur: *Nomen Palmyra a palmis habet, quibus omnis ager est consitus.* conf. et IAC. SPONIVS *Recherches curieuses d' Antiquite* p. 65. Sed apud Prophetam longe aliud *Tamar* intelligendum esse, CELLARIVS, SMITH et alii uiri docti iam monuerunt. ABRAMVS SELLERVS statim sub initium *Append. Antiq. Palmyr.* ἀ πάλμη quod est *parma Persica* deriuat, THOMAS uero SMITHS in *Adnot. ad monum. Palmyr.* p. 35. quia sita fuerit urbs in solitudine et solo salsuginoso, inde nomen accepisse arbitratur. Ciuitas collocata ἐπὶ ἁλμυρᾷ γῇ ob singularem posituram et situm.

5) L. V. *Ciuil.* p. 980. ciues Palmyrae *ditissimos mercatores* adpellat. Florebat etiam urbs ideo, quia ü, qui e Gaza ueniebant, eo transire, teste PLINIO H. N. L. VI. 32. cogebantur. Praeter ea, quum in finibus Romanorum Parthorumque constituta erat, utriusque gentis opibus etiam crescebat, et nonsolum ex fructibus, quos ea ferebat terra, multum redibat ciuibus, sed etiam peregrini mercatores, Palmyram, tanquam in apothecam, merces, ex India petitas, et inde alio uehendas, inferebant. Deinde, quia urbis rudera, inter cuncta, quae etiam nunc aliis in regionibus passim exstant, maxima et notatu dignissima sunt, inde facile de florentissimo olim urbis statu colligi poterit. Neque enim sine singulari uoluptate oculis usurpari potest, illa *ruderum Palmyrae delineatio* in aes incisa, quae apud me est, et secundum nouissimas Mons. *le* BRVN in *Itin. Orient* et *Nobilium Sueonum*, iussu regio ad id missorum, detectiones, est efformata.

6) Nostrum iam non erit, quas mutationes sub his dominis habuerit Palmyra, recensere, quod etiam praeclare factum est ab ABR. SELLERO *Antiq. of. Palm.* c. VI. seq. Etsi uero mox his, mox illis dominis potentioribus paruit Palmyra, rei publicae liberae formam tamen semper retinuit. Quod testantur *Inscriptiones* in honorem hominum, bene de re publica meritorum, publice constitutae, quarum aliquas produxerunt Angli mercatores. Ita *Vol* XVIII. *Transact. Philos.* p. 97. dicitur ΗΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΥΜΟΣ ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΥΡΕΛΙΟΝ ΖΗΝΟΒΙΩΝ etc. PLINIVS c. l. dicit eam fuisse ἀντωνόμον, quod HARDVINVS per *sua sorte* bene adpositeque interpretatus est. AVRELIANVS in *epist.* ad *Zenobiam* apud VOPISCVM in *D. Aur.* c. 26. inquit *Palmyrenis ius suum seruabitur*, quare opor-

mediocribus operibus ornauit, [7]) Septimius autem Seuerus coloniam fecit. [8]) Feliciſſima ciuitas ſub Odenato floruit, quum ille deuictis plurimis Aſiae populis noui et admirandi imperii ſedem ibi conſtitueret. ZENOBIAE temporibus non minus rerum domina quam Roma fuit, et de bello ac pace ſaepius et feliciter conſultauit. De quo tamen florente ſtatu, in ipſa ZENOBIAE hiſtoria opportuniorem differendi locum nanciſcemur, et quomodo urbs ab Aureliano Imp. expugnata et euerſa fuerit, infra commemorabimus. Qua autem ratione illa ſub Chriſtianis Imperatoribus denuo inſtaurata floruerit, atque ad dignitatem et honorem ſedis epiſcopalis euecta, nouisque propugnaculis a Iuſtiniano Imp. munita fuerit, donec labaſcente Graecorum imperio, occupauerint Arabes barbarique Turcae, ea adeo adcurate ex Petro Patricio, Georgio Elmacino

oportet eos ante fuiſſe libera in re publica conſtitutos.

7) Multa fuerunt *Hadriani* Imp. in Palmyram merita, qui ut aedificationibus mirifice delectabatur, et hinc teſte AVREL. VICT *in uit. Conſtant.* a Conſtantino *herba parietaria* adpellatus eſt, ita Palmyram nouis aedificiis exornauit et de ſuo nomine dixit. Haec enim de Palmyrenis STEPHANVS *de Vrb.* Οἱ δὲ αὐτοὶ Ἀδριανοπολίτας μετονομάθησαι ἐπικτισθείσης τῆς πόλεως ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος. Cuius beneficii memoriam adeo conſtanter retinuerunt illi, ut imperatorem in deorum numerum referrent. Ita legitur in *Inſcr. Palmyr.* quae eſt in *Append.* SELLERI XV. p. 345. ΜΑΛΕΝΤΟΝ ΚΑΙ ΑΓΡΙΠΠΑΝ ΙΑΡΑΙΟΥ ΤΟΥ ΡΑΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΕΠΙΔΥΜΙΑΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ κ. τ. λ.

8) *Septimius Seuerus Imp.* ſicut multas eius regionis ciuitates iure Romano donauit, ita et hanc *coloniam* feciſſe uidetur. conf. *A.* GELLIVS *Noct. Att.* L. XVI. c. 13. Certe in numis filii eius *Caracallae* apud GOLZIVM in *Theſaur.* p. 151. et HARDVINVM *Pop.* et *Vrb. nummis* p. 373. COL. PALMYRA legitur. Praeterea etiam rem confirmat *Inſcriptio* quaedam *Palmyr. Vol.* XVIIII. p. 99. *Transact. Philoſ.* ubi ΜΗΤΡΟΚΩΛΩΝΕΙΑ adpellatur. Poſt ea Palmyreni *Alexandrum Seuerum* Imp. in Parthos mouentem, copiis adiuuerunt, quibus tum rei publicae nomine praefuit IVLIVS AVRELIVS ZENOBIVS. *uid. Inſcr. Palmyr.* in honorem ZENOBII, *Transact. Philoſ.* p. 97. et, quae in eam commentatur SELLERVS *Append. Antiq. Palmyr. Inſcript.* VII. p. 310. qui etiam de *fatis Palmyrae* multa erudite habet in *praefatione* modo laudato libro praemiſſa.

macino et aliis expoſuit SELLERVS [9]) utiis uix quidquam addi poſſe uideatur. Ex his uero quaedam tum repetemus, quum de interitu urbis dicemus, ubi ſimul de ſolis religione, a qua celebrata urbs fuit, quaedam adiiciemus. In praeſenti autem tempore, ea tantum Palmyrae fata attingenda duximus, quae ei ante illuſtrem ſub Odenato et ZENOBIA conuerſionem obtigerunt. Id enim exigere uidebatur conſilii ratio, dum feminam deſcribendam ſuſcipimus, quae iſta in ciuitate imperii ſummam tenuit, urbemque multis maximiſque, excelſiſſimae, et plane ſtupendae indolis, experimentis editis, nobilitauit.

§. III.

De rebus ZENOBIAE *ſcriptores.*

PLENI ſunt libri laudis ZENOBIAE, et certatim ſibi gloriae duxiſſe uidentur Scriptores in eius uirtutibus exponendis operam et ſtudium collocare. Eius vitam ex inſtituto deſcripſit TREBELLIVS POLLIO [1]) praeter hunc uero multa de ea commemorant, e ueteribus FLAVIVS VOPISCVS [2]) et ZOSIMVS [3]) e recentioribus IOANNES TRISTANVS [4]) ABRAMVS SELLERVS [5]) SEBASTIANVS NANVS TILLEMONTIVS [6]) Quibus addi merentur EVTROPIVS, [7]) SEXTVS RVFVS [8]) PAVLLVS OROSIVS. [9]) IOANNES ZONARAS [10]) PROCOPIVS [11]) IDATIVS

9) *Antiquit. of. Palm.* c. XXXII. p. 140. ſeqq.

1) *Trig. Tyran.* c. XXVIIII. p. 327. *Vol. II. Hiſt. Aug. Script.* edit. Lugd. B. 1671.

2) in *D. Aureliano* c. XXV. p. 477.

3) *Hiſtor.* L. I. c. 39. 44. 51–62.

4) *Commentaires Hiſtoriques contenans l'Hiſtoire generale des Empereurs Vol.* III. p. 203. ſeqq.

5) *The Antiquities of Palmyra* ſupra cit. *Lond.* 1696. c. XVII. p. 121. ſeqq.

6) *Hiſtoire des Empereurs de Six prem. Siecles* Tom. III. p. 209. edit. in fol. d. an. 1732.

7) *Hiſtor. Rom. Breuiar.* L. VIIII. c. 13. p. 415. *edit.* HAVERC.

8) *Breu.* c. XXIIII.

9) *Hiſtor.* L. II. c. 22. p. 522. *edit.* HAVERCAMPI.

10) *Annal.* L. II. p. 636. T. I. *edit.* CAROLI DV FRESNE.

11) *Belli Perſici* L. II. c. V.

TIVS [12]) IOANNES MALALA [13]) PETRVS BAELIVS. [14]) CHRISTOPHORVS CELLARIVS [15]) THEOPHILVS SIGEFRIDVS BAYERVS [16]) CHRIST. LVDOVICVS STOCKHAVSENIVS [17]) LVDOVICVS HOLBERGIVS. [18]) Praeter hos etiam, qui in monumenta Palmyrena commentati sunt, multa habent, quae huc spectare uidentur, e quibus nominare sufficerit VAILLANTIVM [19]) RENAVDOTIVM [20]) TH. SMITHIVM. [21]) Porro hic locum sibi uindicant rei numariae scriptores LAVRENTIVS BEGERVS [22]) PETRVS SEGVINVS [23]) CAROLVS PATINVS [24]) ANSELMVS BANDVRIVS. [25]) Deinde qui *Dionys. Longinum* ediderunt de ZENOBIA simul commentandi negotium non omiserunt, inter

12) *Chron.* p. 188. T. I. *Script. Hist. Franc.* ab ANDR. DVCHESNE coll.

13) *Histor. Chronica* p. 395. edit. quae Oxonii e theatro Sheldon. 1691. in 8 mai. prodiit. accessit etiam MALALA *Vol. ult.* edit. *Venetae* Script. *Hist. Byzant.* ubi est p. 127.

14) *Diction. Hist. critiq.* Vol. IIII. uoc. *Zenobie.*

15) *Diss. de imperio Palmyreno* §. *inprimis*, XXV. seq.

16) *Hist. Osrhoena* ex numis illustrata L. IIII. *Petropoli* 1734. in 4to mai. p. 211.

17) de *cultu* et *usu luminum antiquo* Trai. ad Rhen. 1726. c. VII. et in *Comoedia* supra cit.

18) *Vergleichung der Historien und Thaten Orientalischer Helden* etc. itidem supra laudata.

19) Exstat R. P. VAILLANTII dissert. *Sur la Medaille de la Reine* ZENOBIE, *trouvée dans les ruines de la ville de Palmyre* Tom. II. *Memoires de Litterat. d'academie des Inscriptions et Belles Lettres* p. 562. edit. Paris.

20) Habemus REV. ABBATIS *Eclaircissement sur le nom de* SEPTIMIA p. 567. Vol. II. *edit. Paris. Memoir. des Inscript.* ubi pariter ac in illa dissertatione, quae in eodem *Voluntine Memor.* aliquot plag. ante hanc diss. exhibetur, quaeque inscribitur: *Eclaircissement sur les explications que les Anglois ont donnees de quelques Inscriptions de Palmyre*, ea adfert, quae historiam ZENOBIAE multo lumine circumfundunt.

21) EDVVARDI BERNARDII et TH. SMITHII *Scholia* in monumenta et Inscriptiones Palmyrenas coniunctim prodierunt *Trai. ad Rh.* 1698. in 8.

22) *Thesaur. Reg. Elect. Brandenb.* T. II. p. 760. T. III. p. 164. et 204.

23) *Selectis Numismatis antiqu.* c. XXIII. p. 63.

24) *Familiae Rom. ex antiqu. Numism.* p. 430.

25) *Numism. Imperat. Rom.* T. I. p. 394.

inter quos prae caeteris eminet CAROLVS HENR. HEINEKENIVS. [26]) Denique quidam illuſtres hiſt. eccleſ. ſcriptores ſicubi de *Paullo Samoſateno* commemorant, de rebus ZENOBIAE non pauca illuſtrant, u. c. CAESAR BARONIVS [27]) ANT. PAGI [28]) SAM. BASNAGIVS [29]) et alii, quos crebro, ut par eſt, in conſilium adhibuimus, et quia de hoc argumento, quemadmodum nos quidem compertum habemus, peculiaris nondum exſtat diſſertatio, horum ſcriptorum adiuti ſubſidiis ſaltim efficiemus, ne quid uel in fide uel in diligentia noſtra iure quodam poſſit deſiderari.

§. IIII.

ZENOBIAE nomen, genus, parentes, uirtutes corporis. numi ZENOBIAE *expoſiti.* SEGVINVS, CELLARIVS, BARONIVS, BANDVRIVS, *adducti et emendati.* MARCELLVS DONATVS *ex numis defenſus.*

SEPTIMIA [1]) ZENOBIA [2]) *Palmyrenorum Auguſta*

 duxit

26) Edidit hic V. CL. noua, et ſane laudabili ratione Graece et Germanice DIONYSIVM LONGINVM περὶ ὕψους, et doctiſſimis obſeruationibus auxit, atque in *uita* LONGINI, quae praemiſſa eſt operi, p. 10. et ſeqq. multo eruditionis adparatu de ZENOBIA commentatur. Prodiit liber *Dreſdae An.* 1737. in 8. mai.

27) *Annal. Eccleſiaſt.* T. II. ad an. 274.

28) *Critic.* T. I. p. 488.

29) *Annal. Eccleſiaſt.* Tom. II. p. 404.

1) SEPTIMIAE nomine inſignitam fuiſſe ZENOBIAM, quum non prodiderint Scriptores, ex numis accepimus, in quibus conſtanter legitur CEHTIMIA ZHNOBIA CEB. Habet hanc inſcriptionem non ſolum ille numus, quem mercatores Angli e ruderibus Palmyrae protraxerunt et VAILLANTIVS integro commentario illuſtrauit, ſed etiam eadem epigraphe legitur in numis ZENOBIAE illis, quos ex *Mediobarbo, Spanhemio*, et aliis rei numariae Scriptoribus, ut eius mos eſt, coniunctim exhibet, ANSELMVS BANDVRIVS *Numiſm. Imp. Rom.* T. I. p. 395. Miſere autem diuexauit eruditos hoc Romanum SEPTIMIAE nomen, quod Graeco ZENOBIAE in numis iungitur, et peculiarem ſuper id diſſertationem ſcripſit *Reu. Abbas* RENAVDOTIVS, quae exſtat *Vol.* II. p. 567. *edit. Pariſ. Memoires de Litterature de l' academie des Inſcr. et bell. lettr.* et inſcribitur: *Eclairciſſement ſur le nom de* SEPTIMIA,

duxit genus e nobiliſſimo regum Aegypti ſanguine, ſplendidiſſimâ

MIA, *qui eſt joint a celui de* ZENOBIA *ſur les Medailles de cette Princeſſe.* Si omnia recenſere uellem, quae circa hoc Septimium nomen errarunt Antiquarii multa dicenda haberem. PETRVS SEGVINVS *Select. Numiſm. antiqu.* c. III. *num.* 23. *Septimiae* nominis cauſſa ex familia *Septimia Romana* fuiſſe ZENOBIAM ſuſpicatur, quumque inter praecipuos aulicos Ptolomaei, Aegypti regis, qui Pompeium M. occiderunt, *Septimius* quidam fuerit, ut CAESAR auctor eſt, *Ciu. Bell.* L. III. c. 104. hinc putat ſe inueniſſe quendam e ZENOBIAE maioribus. Qui, etſi ideo a RENAVDOTIO *cit. diſſ.* iam fuit caſtigatus, tamen, quod mireris, CHRISTOPHORVM CELLARIVM *diſſ. de imp. Palmyr.* §. XXVI. habet conſentientem. Sed, ut taceam, non ſatis conſtare, an in adducto ex CAESARE loco, *Septimius*, an potius *Sempronius*, quod eſt in edit. *Caeſ.* OVDENDORPII p. 769. legendum ſit, ad eiusmodi coniecturas non confugient, qui frequentiſſimum Palmyrae *Septimium* nomen fuiſſe ſciunt. Nam ex *Inſcript. Palmyr.* quas ex Commentariis Anglorum collegerunt et obſeruationibus illuſtrarunt ABR. SELLERVS, EDV. BERNARDVS, TH. SMITHIVS, intelligimus ODENATVM, Imp. ORODEN, procuratoremAuguſti Ducenarium, AIRANEN Odenati filium, et alios plures, ſummos rei publicae homines, *Septimii* nomine fuiſſe inſignitos. Ita in *Inſcript.* a TH. SMITHIO editis p. 10. legitur: CEΠTIMION TON KRATICTON EΠITROΠON CEBACTON ΔOYKHNAPION κ. τ. λ. item p. 12. TO MNHMEION TOY TAΦEΩNOC EKTICEN EΞ IΔIΩN CEΠTIMIOC OΘAINAΘOC O ΛAMΠPOTATOC CYNKΛHTIKOC O AIPANOY κ. τ. λ. porro p. 14. CEΠTIMION AIPANHN OΘAINAΘOY, denique p. 19. CEΠTIMION OYΓΩΔHN. TON KPATICTON EΠITROΠON κ. τ. λ. Quum igitur adeo frequens apud Palmyrenos fuerit *Septimium* nomen, et magni praecipuaeque auctoritatis in urbe uiri illud geſſerint, iam deſinent mirari, qui ZENOBIAM, quae Palmyrae nata uidetur, in numis SEPTIMIAM uocari intelligunt.

Qua autem ratione *Septimiorum* nomen ad Palmyrenos peruenerit, denuo diuerſa ratione definiunt eruditi. RENAVDOTIVS *c. diſſ.* nominis originem e colonia Romana, quae inde deducta fuerit, repetendam cenſet. Ego uero, uarias ob rationes non cum eo facerem, et potius hoc praenomen Palmyrenos, putarem, in honorem SEPTIMII SEVERI Imp. arripuiſſe. Hic enim Syriam Armeniamque feliciſſime emenſus, Parthis, Arabibus, Oſrhoenis, Adiabenis ſuperatis, perennia uictoriarum et famae monumenta apud Aſiae gentes undiquaque reliquit, vid. ZOSIMVS *Hiſt.* L. I. c. VIII. Tale igitur tantumque nomen uidentur Palmyreni, benignitatis erga maiores praeſtitae, et beneficiorum, quibus de patria meritus fuerat, *ex grato animo* fortaſſe conſcii obſoleſcere *noluiſſe*, et more gentium Orientis, quibus, ut erudite oſten-

sima scilicet Ptolomaeorum et Cleopatrarum familia, quemad-

modum

ostendit RENAVDOTIVS, uolupe erat multis gaudere nominibus, hoc *Romanum* nomen *Syriis* suis praefigere instituisse. Certe rem comprobat hoc, quod in *Inscriptionibus Palmyrenis*, opera Anglorum ad nos delatis, obseruamus, ubi in illis monumentis sepulcralibus, quae ante tempora SEPTIMII SEVERI posita sunt, solum Syrum nomen legitur, quae uero post tempora istius imperatoris constituta sunt, praenomina Graeca Romanaque, Syriis adiecta habent. Sic in duobus illis *Inscript. sepulcralibus*, sine dubio inter ea, quae habemus, antiquissimis, quippe an. P. C. N. 102. scriptis, quae exstant p. 164. Append. SELLERI solum *Syrum* nomen, nullum praenomen habetur, in hunc modum: ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΕΚΤΙCΑΝ ΕΛΑΒΗΛΟC κ.τ.λ. item in altero: ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΑΙΩΝΙΟΝ ΓΕΡΑC ΩΚΟΔΟΜΗCΕΝ ΓΙΧΟC ΜΟΚΙΜΟΥ κ.τ.λ. Post ea uero adsumta fuisse a Palmyrenis Romana nomina, supra adductae, quae *Septimiorum* nomen referunt, Inscriptiones testantur, et illa quoque comprobat *Inscriptio*, quam in honorem ZENOBII scriptam n. 2. h. §. exhibemus, ubi duo Romana nomina, ZENOBIO Palmyreno superimposita fuisse legimus. Praeterea non contemsisse Imperatorem adsumendi nominis sui honorem, ex illustri eius in Laodicenos gratiae exemplo adparet, quo ut testatior esset suae in illos benignitatis memoria, ciues omnes Laodicenos, quemadmodum proditum est in historiis, SEPTIMIOS uocari iussit. Quid igitur ad fidem propius est, quam, quod Laodicenos iussit SEVERVS, id ultro libenterque executos fuisse Palmyrenos.

2) ZENOBIVM nomen apud Phoenices et Syros itidem fuit frequentissimum. CORN. TACITVS *Annal.* L. XII. c. LI. *Rhadamasti*, Armeniae regis coniugem, ZENOBIAE nomine appellat: EVSEBIVS, Hist. E. L. VIII. c. 13. refert *Zenobium*, medicum excellentissimum, et *Zenobium* Presbyterum eccles. Sidonensis, Diocletiano Imp. Christianos uexante martyrium subiisse. Eiusdem nominis etiam Ciliciae quendam episcopum cum coniuge et sorore ZENOBIA, in eadem uexatione martyrii retulisse coronam ex *Simeone Metaphraste* CAESAR BARONIVS narrat *Annal.* T. II. ad *an.* 285. PHOTIVS *Biblioth. Cod.* 228. Ephremium, Patriarcham Antiochenum, contra *Zenobium* Emesanum scripsisse commemorat, et Basilisci Imp. coniugem, ZENOBIAM uocatam fuisse, ex rerum monumentis constat Sed apud Palmyrenos sigillatim in usu fuisse hanc adpellationem, illae docent *Inscriptiones*, quae honori summi rei publicae ducis IVLII AVRELII ZENOBII publice factae, et opera Anglorum e ruderibus Palmyrae descriptae et conseruatae sunt. Ita *Transact. Philos. Vol.* XVIIII. p. 97. et *Inscript. Gr.* a BERNARDO et SMITHIO editis p. 7. legitur: Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟC ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΖΗΝΟΒΙΟΝ ΤΟΝ ΚΑΙ ΖΑΒΔΙΛΑΝ ΔΙCΜΑΛΧΟΥ ΤΟΥ ΝΑCCΟΥΜΟΥ CΤΡΑΤΗΓΗCΑΝΤΑ ΕΝ ΕΠΙΔΗΜΙΑ ΘΕΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ κ.τ.λ. Hinc etsi certo definiri

modum tradit TREBELLIVS POLLIO. [3]) De eius matre in antiquis monumentis haud quidquam deprehendimus, patrem

finiri nequit, quod huic propinqua cognatione coniuncta fuerit, ZENOBIA, hoc tamen ex eo efficitur noſtram ZENOBIAM non peregrinum habuiſſe nomen, ſed eiusmodi, quod ſummi rei publicae Palmyrenae homines geſſerunt. De eo uero, quod S. ZENOBIVS, celebratiſſimus apud Florentinos epiſcopus, ex ZENOBIAE fuerit familia, ut ſolius nominis ductus ſimilitudine putat CAESAR BARONIVS T. II. *Annal.* ad an. 291. ego quidem, fateor, me adhuc ualde dubitare, et ideo iam notatus eſt *Vir eminentiſſimus* a SAM. BASNAGIO *Annal. eccleſ.* Vol. II. p. 426.

3) in uita ZENOBIAE, *Trig. Tyr.* p. 428. *Quae ſe de Cleopatrarum Ptolemaeorumque gente iactaret.* ubi notat IS. CASAVBONVS ideo dici a POLLIONE *Cleopatras*, quia in proſapia Ptolomaeorum plures fuerint Cleopatrae. Cuius cognationis cauſſa ZENOBIA a multis Scriptoribus *Aegyptia femina* adpellatur. Dubitarunt uero doctiſſimi uiri, an ex ueterum Aegypti regum familia fuerit ZENOBIA, et potius exiſtimant, haec eam de ſe iactabundam praedicaſſe. Quam ſententiam in primis fouet RENAVDOTIVS in ſaepius iam laudata *diſſ.* et fauere eidem uidentur POLLIONIS uerba, quibus rem commemorat. Sed in hunc, quem uidimus, modum de ZENOBIAE gente ſcribere POLLIONEM, facile mirabitur nemo, qui huius Scriptoris indolem nouit. Diu enim obſeruatum eſt a uiris doctis, parum ſincere ſcribere *minores hiſt. aug. ſcriptores*, et nos de POLLIONE ſigillatim §. I. monuimus, eum hanc rationem Sociorum uix deſerere, et dum Romanos ſuos ſupra modum extollit, de ZENOBIAE laudibus nonnumquam detrahere. Res uero, quae tantopere defenſa eſt a ZENOBIA uid. POLLIO in *Heremiano* p. 324. in *Zenobia* p. 328. VOPISCVS in *Diu. Aur.* c. XXVII. et ab aliis quoque Scriptoribus traditur, mihi quidem, neganda non uidetur. Potuit omnino ex regia Aegyptiorum familia duxiſſe genus, etſi, qua cognatione Ptolomaeis coniuncta fuerit, deficientibus ſcriptorum monumentis, in tanta et tam obſcura uetuſtioris aeui caligine certo definiri nequeat. Conſtat enim, et, qui hiſtoriam ZENOBIAE euoluunt nullo etiam negotio intelligunt, multa in huius principis hiſtoria plane intacta relinquere Scriptores, adeo ut ſaepius, Oedipo opus eſſe uideatur. Ceterum utramque SEGVINI de origine ZENOBIAE coniecturam, ſupra adlatam, coniungit CELLARIVS c. 1. et putat *Septimium* iſtum, Pompeii interfectorem, et Ptolomaei aulicum, Aegypto a Romanis ſubacta in Syria nomen familiamque propagare potuiſſe, ideoque ZENOBIAM ex utraque gente Septimiorum Romana, et Lagidarum Aegyptia, genus ſuum potuiſſe deriuare. Sed quum hoc protulerint illi, *Septimio* nomine decepti, quippe quod apud Palmyrenos frequentiſſimum fuiſſe, forſan ignorarunt, facile intelligitur, nos non eo confugere debere.

Nulla

patrem uero ex FL. VOPISCO [4]) ſcimus fuiſſe Archilleum. [5]) Palmyrenorum poſt fata ZENOBIAE imperatorem. Huic enim

Nulla autem re magis ſe efferebat ZENOBIA, quam quod genus ſuum ab antiquis Aegypti regibus ducebat, *et Cleopatram gentis ſuae principem*, ut ait POLLIO in *Herennniano* p. 325. praedicare poterat. Hinc linguam Aegyptiam ad perfectum modum loquebatur, uid. §. VI. hinc illam prouinciam ſuo imperio adiiciendam putabat, §. X. hinc ſigillatim CLEOPATRAM magnificiebat, et in uirtutibus imitabatur, uid. §. V. hinc eandem tanquam ſummum conſtantiae exemplum ſequendum exiſtimabat in ſua ad *Aurelianum epiſtola*. uid. denuo §. V. hinc etiam in Aegypto numos plurimos cudi iubebat. Nam, ZENOBIAE numi, etſi ſunt rariſſimi, tamen, qui reperiuntur, duplicis plerumque generis eſſe uidentur. Alii exhibent ex una parte caput ZENOBIAE ad pectus cum ſtola, addita hac epigraphe CEBTIMIA ZHNOBIA CEB. et in his, ex altera parte figura muliebris paludata ſtans conſpicitur, quae dextra geſtat florem, ſiniſtra ueſtem colligit. Atque talis eſt ille numus, quem ex MEDIOBARBO et ex muſeo FRANCISC. DECAMPS *Abb. S. Marcel.* exhibet BANDVRIVS T. I. p. 349. quemque nos in fronte diſſertationis noſtrae, in aes inciſum, repetendum duximus. Alii uiciſſim numi itidem caput ZENOBIAE, ut ſupra, cum eadem epigraphe ſiſtunt, habent uero ex altera parte typum mulieris ſtantis, et manu cornu copiae geſtantis. Atque talis eſt ille numus, quem PATINVS exhibet *Fam. Rom. ex numiſm.* p. 342. quique ex eius muſeo in regis chriſtianiſſimi cimeliarchum uenit. uid. EZECH. SPANHEMIVS de *praeſt.* et *uſu numiſm. antiq.* Vol. II. *Diſſ.* XI. p. 307. Hi uero numi, quum ſigna et notas *Aegyptiacorum* referant, non incommode obſeruauit IO. VAILLANTIVS in *diſſ. ſupra num.* ZENOB. eam ob cauſſam adeo multos numos in Aegypto cudi curaſſe ZENOBIAM, quia illis in primis in terris ſui conſeruare memoriam uoluerit, in quibus maiores, rerum ſummae praefecti, floruerunt. Id enim dignum faſtigio ſuo credebat eſſe, ut poſteri intelligerent, etiam poſt Cleopatram non defuiſſe Aegypro feminam, quae forma, uirtutibus et rebus geſtis fuerit commendatiſſima. Solus ille numus, qui ab Anglis in agro Palmyreno inuentus eſt, non uidetur eſſe Aegyptius. Eſt ille numus aereus, parui moduli, et habet quidem ex una parte caput ZENOBIAE cum epigraphe, ut in ceteris, ſed ex altera parte *palma arbor* conſpicitur, cui a dextris literae L Z. *an VII.* a ſiniſtris PAA. *Palmyra* adiectae. Itaque uult hunc numum Palaeſtinum IO. HARDVINVS, quia Palaeſtinae imperitauit, ZENOBIA Iudaeosque praecipua caritate eſt complexa. uide tamen VAILLANTII *diſſ. in h. numum*, et quae de eodem cum HARDVINO diſputat BANDVRIVS ſub finem Vol. I. in *numis addendis*.

4) In *D. Aurel.* c. XXXI. ita ſcribit. *Nam Palmyreni, qui iam uicti atque contuſi fuerant, Aureliano, rebus Europenſi-*

enim deferebant imperium Palmyreni, quum eos, a Romanis deuictos, amissae gloriae poeniteret et contra Aurelianum insurgendi libido incederet. [6]) Sed accidit ei vt in manus Aureliani, Palmyrenorum perfidiam cum euersione urbis ulciscentis, ueniret, qui tamen, si quae ZOSIMO [7]) fides, eum mox liberum solutumque uiuere passus est. Hunc, qui patrem LVCII EPIDII ACHILLEI [8]) post ea in Aegypto purpuram sumentis et per sexennium fere, quod numi declarant [9]), regnantis, credunt, illi coniecturis non adeo falli uidentur.

pensibus occupato, non mediocriter rebellauerunt. Sandarionem enim, quem in praesidio illic posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt, ACHILLEO *cuidam, parenti* ZENOBIAE, *parantes imperium.*

5) Hunc Achilleum ZOSIMVS *Hist.* L. I. c. LX. uocat ANTIOCHVM, et uerius atque rectius eum ita dici, errasseque *Vopiscum* putat ANSELMVS BANDVRIVS *Numism. Imp. Rom. Vol.* I. p. 398. simulque promittit, id se in uita Achillei uberius demonstraturum. Sed *Vol.* II. p. 44 istius operis, ubi agit de ACHILLEO oblitus sui nihil addit, *R. Pater*, qui si fecisset lubenter nos eius emendandi rationes, sine dubio non poenitendas, in usum nostrum fuissemus translaturi. Iam uero, quum iis destituamur, libere fatemur, nullam nos uidere caussam, cur ZOSIMI, quippe recentioris appellatio, praeferri debeat illi, quam dedit VOPISCVS.

6) Scilicet postquam Aurelianus Imp. capta ZENOBIA et occupata Palmyra, ciuibus pepercerat, et uitam libertatemque ipsis concesserant, illi tamen uiri feroces, Orientique sub Odenato et ZENOBIA imperare adsueti, ademtam gloriam ferre non poterant, et hinc ab Aureliano, quum ille pacato Oriente uictor, Rhodopae in Thracia ageret, deficiebant. Aurelianus uero mox, ut erat instructus orientem uersus proficiscitur, et Palmyram nullo negotio occupat atque euertit, ACHILLEVM quoque capit, sed, si uera loquitur ZOSIMVS L. I. c. LXI. propterea, quod illum humilem inuenisset et abiectum, ne quidem supplicio dignum arbitratus, dimisit.

7) c. 1. Οὐδὲ τιμωρίας Ἀντίοχον ἄξιον διὰ τὴν εὐτέλειαν εἶναι νομίσας ἀφίησι.

8) Achilleus XX. fere annos post euersam Palmyram praefectus Aegypti constitutus, purpuram sumsit, sed *Diocletianus* Imp. eum, ut ait EVTROPIVS *Hist. Rom. Breu.* L. VIIII. c. XXIII. *obsessum Alexandriae, octauo fere mense superauit atque interfecit.* conf. EVNDEM p. 436. *edit.* HAVERCAMPI. AVREL. VICT. de *Caesar.* c. XXXVIIII. p. 410. edit. SAM. PITISCI, nec non PAVLLVM OROSIVM L. VII. c. XXV.

9) Ita enim *in numis* apud GOLZIVM

dentur. Hanc nobilitatem generis et gloriam maiorum, qua florebat ZENOBIA, ingens quoque formae pulcritudo augebat, quippe quae digna principis persona effeminatum prodebat plane nihil. Quam ob causſam CORN. CAPITOLINVS [10]) eam *mulierum omnium nobiliſſimam, Orientalium feminarum ſpecioſiſſimam* fuiſſe profitetur. Et abundauit etiam omni tempore Syria uenuſtiſſimis feminis, atque nonſolum IVLIA DOMNA, Septimii Seueri Imp. uxor hanc coluit patriam, ut refert AELIVS SPARTIANVS, [11]) ſed et plures imperatrices Romanae ei originem debuerunt. De hac autem ſumma oris ZENOBIAE commendatione, breuiter ſtrictimque loquitur TREBELLIVS POLLIO, [12]) cuius uerba, quod propiorem teſtem non habemus, iam integra proferemus. Ita uero ille de noſtra: *Fuit uultu ſubaquilo* [13]) *fuſci*

ZIVM *in Theſ.* et BANDVRIVM Vol. II. p. 44. legitur AYT. K. A. ЄΠΙΔ. AXIΛΛЄOC ЄYC. ЄYT. CEB. L. 5. Equidem BANDVRIVS in *Praefat.* huic Vol. praemiſſa octo tuntaxat menſes ei tribuit, et addit, illud ſex annorum commentum fide numorum GOLZII niti, quam tamen ſe iam monuiſſe laborare. Vbi vero hoc *Vir doctus* praeſtiterit, etſi ſedula inueſtigatione uſi ſumus, ſemper tamen fruſtra fuimus, nec ullibi potuimus reperire.

10) apud TREB. POLLIONEM in *Odenato* p. 299.

11) in *uita* SEPTIMII SEVERI c. III. p. 594. T. I.

12) in *uita* ZENOBIAE c. XXX. *Trig. Tyr.* p. 333. edit. Salmaſ. c. n. uar.

13) Plerique has dictiones: *Vultu ſubaquilo, fuſci coloris,* coniungunt, ita, ut illud *fuſci coloris* per ἐπεξήγησιν adiectum uideatur. Itaque PETRVS BAELIVS *Diction. Hiſt. Crit.* uoce *Zenobie*, ſcribit: *Voici un portrait qui la repreſente un peu bien brune, mais neanmoins fort charmante.* cet. Item ſaepius citatus SELLERVS *p. 78.* ait: *Her Face was of a Browniſh colour.* Obſeruat etiam CL. SALMASIVS ad h. l. *ſubaquilum colorem et fuſcum eundem eſſe, quem Graeci* μελίχρων *uel* μελίχλωρον *uocant*, remque deinceps confirmat auctoritate TIB. CL. DONATI, qui in *uita* P. VIRGILII, quam conſtat, Poetae operibus plerumque praemirti, idque in EMMENESSII et MASVICII editionibus etiam factum eſſe, de illo dicit: *Corpore et ſtatura fuit grandis, colore aquilo, facie ruſticana.* Quod pariter illuſtria quaedam loca v. c. apud PLAVTVM *Poenul*, Act. V. Sc. II. 152. SVETONIVM *Aug.* c. LXXVIIII. probant et POMP. FESTI, quam de uoce *aquilus* L. I. dedit etymologia, uberius

enim deferebant imperium Palmyreni, quum eos, a Romanis deuictos, amissae gloriae poeniteret et contra Aurelianum insurgendi libido incederet. [6]) Sed accidit ei vt in manus Aureliani, Palmyrenorum perfidiam cum euersione urbis ulciscentis, ueniret, qui tamen, si quae ZOSIMO [7]) fides, eum mox liberum solutumque uiuere passus est. Hunc, qui patrem LVCII EPIDII ACHILLEI [8]) post ea in Aegypto purpuram sumentis et per sexennium fere, quod numi declarant [9]), regnantis, credunt, illi coniecturis non adeo falli uidentur.

pensibus occupato, non mediocriter rebellauerunt. Sandarionem enim, quem in praesidio illic posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt, ACHILLEO *cuidam, parenti* ZENOBIAE, *parantes imperium.*

ti, ademtam gloriam ferre non poterant, et hinc ab Aureliano, quum ille pacato Oriente uictor, Rhodopae in Thracia ageret, deficiebant. Aurelianus uero mox, ut erat instructus orientem uersus proficiscitur, et Palmyram nullo negotio occupat atque euertit, ACHILLEVM quoque capit, sed, si uera loquitur ZOSIMVS L. I. c. LXI. propterea, quod illum humilem inuenisset et abiectum, ne quidem supplicio dignum arbitratus, dimisit.

5) Hunc Achilleum ZOSIMVS *Hist.* L. I. c. LX. uocat ANTIOCHVM, et uerius atque rectius eum ita dici, errasseque *Vopiscum* putat ANSELMVS BANDVRIVS *Numism. Imp. Rom. Vol.* I. p. 398. simulque promittit, id se in uita Achillei uberius demonstraturum. Sed *Vol.* II. p. 44 istius operis, ubi agit de ACHILLEO oblitus sui nihil addit, *R. Pater*, qui si fecisset lubenter nos eius emendandi rationes, sine dubio non poenitendas, in usum nostrum fuissemus translaturi. Iam uero, quum iis destituamur, libere fatemur, nullam nos uidere caussam, cur ZOSIMI, quippe recentioris appellatio, praeferri debeat illi, quam dedit VOPISCVS.

6) Scilicet postquam Aurelianus Imp. capta ZENOBIA et occupata Palmyra, ciuibus pepercerat, et uitam libertatemque ipsis concesserant, illi tamen uiri feroces, Orientique sub Odenato et ZENOBIA imperare adsue-

7) c. 1. Οὐδὲ τιμωρίας Αὐτοκράτορος ἄξιον διὰ τὴν εὐπιλίαν εἶναι νομίσας ἀφίησι.

8) Achilleus XX. fere annos post euersam Palmyram praefectus Aegypti constitutus, purpuram sumsit, sed *Diocletianus* Imp. eum, ut ait EVTROPIVS *Hist. Rom. Breu.* L. VIIII. c. XXIII. *obsessum Alexandriae, octauo fere mense superauit atque interfecit.* conf. EVNDEM p. 436. *edit.* HAVERCAMPI. AVREL. VICT. *de Caesar.* c. XXXVIIII. p. 410. edit. SAM. PITISCI, nec non PAVLLVM OROSIVM L. VII. c. XXV.

9) Ita enim in numis apud GOL-

ZIVM

dentur. Hanc nobilitatem generis et gloriam maiorum, qua florebat ZENOBIA, ingens quoque formae pulcritudo augebat, quippe quae digna principis persona effeminatum prodebat plane nihil. Quam ob causſam CORN. CAPITOLINVS [10]) eam *mulierum omnium nobiliſſimam, Orientalium feminarum ſpecioſiſſimam* fuiſſe profitetur. Et abundauit etiam omni tempore Syria uenuſtiſſimis feminis, atque nonſolum IVLIA DOMNA, Septimii Seueri Imp. uxor hanc coluit patriam, ut refert AELIVS SPARTIANVS, [11]) ſed et plures imperatrices Romanae ei originem debuerunt. De hac autem ſumma oris ZENOBIAE commendatione, breuiter ſtrictimque loquitur TREBELLIVS POLLIO, [12]) cuius uerba, quod propiorem teſtem non habemus, iam integra proferemus. Ita uero ille de noſtra: *Fuit uultu ſubaquilo* [13]) *fuſci*

ZIVM *in Theſ.* et BANDVRIVM Vol. II. p. 44. legitur AYT. K. A. ΣΠΙΔ. AXIAAEOC EYC. EYT. CEB. L. 5. Equidem BANDVRIVS in *Praefat.* huic Vol. praemiſſa octo tantaxat menſes ei tribuit, et addit, illud ſex annorum commentum fide numorum GOLZII niti, quam tamen ſe iam monuiſſe laborare. Vbi vero hoc *Vir doctus* praeſtiterit, etſi ſedula inueſtigatione uſi ſumus, ſemper tamen fruſtra fuimus, nec ullibi potuimus reperire.

10) apud TREB. POLLIONEM in *Odenato* p. 299.

11) in *uita* SEPTIMII SEVERI c. III. p. 594. T. I.

12) in *uita* ZENOBIAE c. XXX. *Trig. Tyr.* p. 333. edit. Salmaſ. c. n. uar.

13) Plerique has dictiones: *Vultu ſubaquilo*, *fuſci coloris*, coniungunt, ita, ut illud *fuſci coloris* per ἐπεξήγησιν adiectum uideatur. Itaque PETRVS BAELIVS *Diction. Hiſt. Crit.* uoce *Zenobie*, ſcribit: *Voici un portrait qui la repreſente un peu bien brune, mais neanmoins fort charmante.* cet. Item ſaepius citatus SELLERVS *p. 78.* ait: *Her Face was of a Browniſh colour.* Obſeruat etiam CL. SALMASIVS ad h. l. *ſubaquilum colorem et fuſcum eundem eſſe, quem Graeci* μελίχρων *uel* μελίχλωρον *uocant*, remque deinceps confirmat auctoritate TIB. CL. DONATI, qui in *uita* P. VIRGILII, quam conſtat, Poetae operibus plerumque praemitti, idque in EMMENESSII et MASVICII editionibus etiam factum eſſe, de illo dicit: *Corpore et ſtatura fuit grandis, colore aquilo, facie ruſticana.* Quod pariter illuſtria quaedam loca v. c. apud PLAVTVM *Poenul*, Act. V. Sc. II. 152. SVETONIVM *Aug.* c. LXXVIIII. probant et POMP. FESTI, quam de uoce *aquilus* L. I. dedit etymologia, uberius

fuſci coloris [14]) *oculis ſupra modum uigentibus nigris* [15]) *ſpiri-*

rius declarat. MARCELLVS uero DONATVS *Dilucid. in Treb. Poll.* quae exſtant *Tom.* VI. *Lampadis. ſ. Theſ. Crit.* a IANO GRVTERO curati p. 1002. longe aliter POLLIONIS uerba interpretatur, et dictionem hanc: *fuit multu ſubaquilo*, de colore, arbitratur, non eſſe intelligendam. Id enim, putat, ſi eſſet, POLLIO, qui uitare ſoleat uerboſitatem, non ſtatim ſubditurus fuiſſet: *fuſci coloris*, et hinc potius, exiſtimat, Hiſtoricum indicare uelle: ZENOBIAM fuiſſe uultu quoquo modo aquilae ſubſimili. Hanc enim ob cauſſam, non *faciem*, non *os*, ſed *uultum* dici, quod docente SERVIO ad VIRGILII *Aeneid.* IIII. u. 477. ſit uoluntatis indicium, conf. et IAC. EMMENESS. ad *Virg. Aeneid.* L. I. 209. Vol. II. p. 103. eandem etiam ob rationem ſubdi: *fuſci coloris, oculis ſupra modum uigentibus nigris*, quae omnia aquilae oculis et colori conueniant, ideo quoque poſt uultus expreſſionem addi, illam fuiſſe: *ſpiritus diuini* cet. quibus aquilae proprietates naturales uere et apte indicari uideantur. Et profecto, ſi hanc explicationem paullo adcuratius conſideramus, illa uix contemnenda uideri poſſet, et multum habitura eſſet roboris, ſi certo euinci poſſet, POLLIONEM adeo ſollicite ſeruaſſe dictionis proprietatem. Sed conſtat, durum atque inquinatum eſſe dicendi genus, quo utuntur, *minores* illi *hiſt. aug. Scriptores*, idque non parum ex aeui, quo uixerunt, ſordibus trahere, et ſigillatim POLLIO in *praefatione Trig. Tyr.* praemiſſa, ſe *pedeſtri eloquio ſcribere*, ipſe profitetur. Ceterum DONATI interpretationem, *numi* ZENOBIAE mirifice, mihi quidem, comprobare uidentur. Nam non ſolum in illo numo, quem e ruderibus Palmyrae protractum data opera deſcripſit VAILLANTIVS *c. diſſ.* ſed et in illo, quem fiſtit ANS. BANDVRIVS *Numiſm. Imp. Rom. Vol. I.* p. 394. ZENOBIAE caput naſo conſpicitur, qui ſupra incuruatus in conuexum, infra uero acuminatus ſenſim deprimitur, et plane talis eſt, qualem ab aquilae roſtri ſimilitudine aduncum et aquilinum adpellamus. Cui rei ut fidem faceremus, ipſum ZENOBIAE numum, quemadmodum apud BANDVRIVM in aere conſpicitur, in fronte et titulo ſcriptionis noſtrae exprimendum curauimus, certoque credimus, fore ut, qui eundem adſpexerint, ſe in illo *uultum ſubaquilum* uidere fateantur.

14) Quod ſane fieri aliter non poterat, quum ZENOBIA Palmyrae, cuius *regionis* teſte IVSTINO *Hiſt.* L. XXXVI. c. V. *ardentiſſimus ſol eſt*, hanc non deterrita calore, teneret rationem ut, quod narrat TREBELLIVS POLLIO *in Zenob. uita* p. 334. *uel tria uel quatuor milliaria frequenter cum peditibus ambularet.*

15) Flagrantes et quaſi fulminantes oculi indicari uidentur. Legitur ab aliis etiam: *oculis ingentibus.* Et profecto, magnitudo oculorum non poſtrema pulcritudinis pars habetur. uid. quae in hanc rem ex praeſtantiſſimis quibusdam Latinorum et Graecorum locis erudite diſputat CL. SALMASIVS ad h. l. *p. 333.*

ſpiritus diuini, uenuſtatis incredibilis, tantus candor in dentibus, ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes. Vox clara et virilis. Quas perfectiones mirifice extulit uigens florensque, qua gaudebat ZENOBIA, aetas. Nam, poſtquam ceſſerat Aureliano, et Romae priuata agebat, ad ſecunda tranſiſſe uota, atque nupta Conſuli, eundem aliquot liberorum parentem feciſſe perhibetur. [16])

§. V.

ZENOBIAE *liberalitas, temperantia, iuſtitia, aequitas, caſtitas, fortitudo, magnanimitas. Aureliani de* ZENOBIAE *uirtutibus iudicium.* CL. SALMASIVS *notatus.* CLEMENTIS ALEXANDRINI *et* HIERONYMI WOLFII *philoſophia.*

SI uero inſignes corporis ZENOBIAE dotes, quae facile quemuis in cultum et admirationem pertrahebant, ſpectamus, illae tamen, etiamſi coniungantur omnes, nequaquam ad nobiliſſimae feminae animi uirtutes accedunt, in quibus tribuendis, ut in corpore fingendo, naturam habuit admodum fautricem. Sunt haec decora eo magis digna exiſtimatione, quo maiorem in iis obtinendis induſtriam ipſa contulit ZENOBIA. Nam, ſi quem natura aut proba educatio fecit aliis praeſtantiorem, hunc quidem felicem praedicamus, quod ei iſta bona obtigerunt, ſed de illo non tanta nobis opinio eſt, quanta de homine eſſet ſolet, qui ſuo ipſe labore ad uirtutem peruenit. Hunc ſane nonſolum ob praeclaram uirtutis poſſeſſionem, ſed et ob ſtudium, quod in ea adipiſcenda inſumſit, magnifacimus et praedicamus. Nam, quum ille multa ante impedimenta ſuperauit, maiori etiam animo et diligentia uſus eſt, quod ideo maiorem laudem mereri uidetur. In terris ſuperiorem habebat nullum ZENOBIA, et ut illa apud SPARTIANVM, *leges dare poterat, non*

16) uid. GEORGIVS SYNCELLVS *Chronograph.* ad an. 264. p. 385. edit. *Script. Hiſt. Byz. Pariſienſis.*

non accipere, neque eo minus tamen legibus adeo uixit conuenienter, *ut raris* ſexus ſui ornamentis illo tempore longe emineret. *Habebat* ſummam liberalitatem, ſed ea prudenter utebatur, *et ſi quis alius imperantium* de amplificandis *reditibus* ſollicita erat. Quod nonſolum tradit TREBELLIVS POLLIO [1]), ſed et res ipſa deinceps comprobauit, quum Aurelianus Imp. Emeſae ingentes opes, quas fugiens ibi reliquerat ZENOBIA reperiret. [2]) Etſi omnium rerum copia abundabat, tot gentium domina, tamen temperantiam praeoptabat et ſemper ſobria reperiebatur. Cui uirtuti non aduerſatur hoc, quod POLLIO [3]) narrat, rari exempli feminam ſaepe cum ducibus ſuis, nec non cum Perſis atque Armenis, bibere conſueuiſſe, propter ea, quod prudenter fecit illud, ut placeret ſuis, et eo felicius de illorum conſiliis intelligendi facultatem conſequeretur. Rectum iuſtitiae ſenſum

1) In *uita* ZENOBIAE p. 334. *Larga prudenter*, inquit, *conſeruatrix theſaurorum ultra femineum modum.* Fruſtra igitur eſt CL. SALMASIVS, qui in notis ad haec, quae POLLIO non multo poſt ſubiicit uerba: *Nata eſt Hiſpanorum cupiditate*, obſeruat, Hiſtoricum eleganter et ἀρχαικῶς deſignare uelle *ſic cupidam* et *auaram* fuiſſe ZENOBIAM, ut *Hiſpani ſolent, quorum* ἀκρίβειαν *et tenacitatem nemo fere ignoret.* Vanus etiam eſt labor quem V. CL. eo impendit, ut ex optimis Latinis auctoribus ad hunc locum demonſtret, cupiditatem pro auaritia ſumi. Haec enim ſi admitteretur interpretatio, ſane hoc ipſo negaretur, quod ſupra dixit idem TREBELLIVS: *Larga prudenter*. Rectius in cit. l. mihi quidem, legere uidetur IS. CASAVBONVS: *Coenata eſt Hiſpanorum cupiditate*, quod et GRVTERO placet, et cum ſequentibus uerbis probe cohaeret: *Bibit ſaepe*, cet. utque adeo uix iſtam cenſuram mereantur hi doctiſſ. Viri, quam hanc ob cauſſam dicto loco in eos exercuit CL. SALMASIVS.

2) Ita enim narrat de Aureliano, Emiſam urbem fugata ZENOBIA ingrediente ZOSIMVS *Hiſt.* L. I. c. LIIII. Εὑρὼν δὲ πλῆθος, οὐ κἀκ εἰάτε ἐγεγόνει Ζηνοβία μεταπεμψαμένη, παραχεῖμα σὺν τῷ σεμνῷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Παλμύρας εἶχετο. Dubium etiam non eſt, quin ille auri gemmarumque ornatus, quo ducta in triumphum ab Aureliano ZENOBIA incedebat, ut ponderi ſe ferendo non eſſe conquereretur, theſaurorum Imperatricis partem conſtituerit.

3) c. l. *Bibit ſaepe cum ducibus, quum eſſet alias ſobria. Bibit etiam cum Perſis atque Armeniis, ut eos uinceret.*

ſum habuit, et in eos, qui legum diſciplinaeque fuerant patientes, ſumma clementia et humanitate fuit, in obſtinatos uero et praefractos, tyrannorum ſeueritate. [4]) Exſtant apud quosdam ueteris eccleſiae patres illuſtria de ZENOBIAE uirtutibus teſtimonia, quibus ei aequitatis, caſtitatis, pluriumque laus uirtutum confirmatur. S. ATHANASIVS [5]) praedicat eius aequitatem, quae tanta fuerit ut Chriſtianorum templa in Synagogas commutare detrectauerit. CLEMENS ALEXANDRINVS [6]) eius caſtitatem mirifice laudat, de qua etiam POLLIO [7]) ſequentem in

4) Refert hoc idem TREBELLIVS c. l. *Seueritas*, inquit, *ubi neceſſitas poſtulabat, tyrannorum, bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat.*

5) *Epiſtol. ad ſolitariam uitam agentes* p. 857. Vol. I. Opp. *edit. Colonienſis* uel potius *Lipſienſ.* ait Ἰουδαία ἦν Ζυνοβία, καὶ Παύλε ποιῆσι τὸ Σαμοσατέως ἀλλ' ὃ δέδωκε τὰς Ἐκκλησίας τοῖς Ἰουδαίοις εἰς συναγωγάς.

6) *Paedagog.* L. II. c. XII. p. 244. T. I. Opp. edit. POTTERI Oxon. e Theatr. Sheld.

7) *Vit.* ZENOB. p. 334. Etſi multa de moralitate huius conſuetudinis, quae Iudaeam redolet, diſputari poſſunt, noſtrum tamen in praeſenti tempore non eſſe exiſtimamus, uel ex ſcholis Theologorum uel Philoſophorum multa huc adferre. Sane non pauci ueteris eccleſiae patres, omnem e matrimonio uoluptatem exterminandam ſeuera lege cenſuerunt, et memorabilis locus eſt apud modo laudatum CLEMENTEM ALEXANDRINVM, *Paedag.* L. II. c. X. ubi dicit: ψιλὴ ἡδονὴ κἂν ἐν γάμῳ παρεμπέσῃ, παρανομός ἐστι, καὶ ἄδικος, καὶ ἄλογος. Nec multum diſcrepat ab his effatis HIERONYMI WOLFII meditatio, *Commentar.* in *Ciceron. de Offic.* L. I. p. 72. et 73. ubi continentiam in matrimonio in primis urget, et ſuorum temporum iniuriam prolixa et uaria ratione adcuſat, his uſus uerbis: *Quum ſacri libri uagas libidines deteſtentur: in ipſo etiam matrimonio hic finis ab ipſa natura deſtinatus, diligenter conſideretur, et, (quantum uel naturae imbecillitas uel coniugii ſeruitus ſinit) ſeruetur, ne homo infra beſtias ſeſe abiiciat, quarum pleraeque non niſi certo anni tempore ad procreationem incitantur: et femellae pleraeque, concepto foetu, marem non admittunt. Eadem etiam* ZENOBIAE *Palmyrenorum reginae, continentia celebratur, quae quum ſe grauidam ſenſiſſet, Odenatum maritum, in thalamum ſuum non admiſit. Digna, ut quidam exclamant, quae ſine omni dolore pareret, quum in matrimonio non uoluptatem, ſed procreationem ſobolis ſpectaret. Cuiusmodi matronas ſi noſtra aetas ferret, etiam ſtudioſi homines, et non firmiſſima praediti ualetudine, minore periculo uxores ducerent, quibus nunc aut infamia, aut rixae perpetuae, aut immaturus obitus, cum detrimentis*

modum scribit: ZENOBIAE *ea castitas fuisse dicitur, ut ne uirum suum quidem sciret, nisi tentatis conceptionibus. Nam quum semel concubuisset, continebat se, si praegnans esset, sin minus, iterum potestatem quaerendis liberis dabat.* Qua laude se disiunxit ab illa, quam alias plurimis in rebus strenue imitabatur, hic uero sequendam non censebat, CLEOPATRA puto, Aegypti regina, de cuius impudicitia et, qua penitus diffluxit uoluptate, constat, eius uirtutes admodum obscurasse. [8]) Prae ceteris autem ZENOBIAE uirtutibus in admirationem stuporemque rapiebant animos, heroicae naturae dotes, in femina non uisae amplius. A iuuentute eiusmodi exercitationibus, quae uirum ornant, uacabat, non formidata labores, quos constat in se continere illas, et elegantioris sexus homines alias diligentius uitare. [9]) Cum

trimentis rei familiaris sunt metuenda. Ridentur haec scilicet, a lasciuis hominibus, et in lustris ac ganeis magis uersatis, quam in Theologia aut Philosophia, quibus haec nos non praescribimus. Indulgeant illi genio, sed probus adolescens hominem se esse, non pecudem meminerit. Quod si uerum est, quod ἀνώνυμος Ptolomaei scribit interpres, Aegyptios singulis mensibus semel tantum consuetudine uxorum usos, quo infantis concepti momentum deprehenderent, quid Christianis facere par est, propter Deum, summam continentiam et abstinentiam flagitantem? Quae an ita comparata sit philosophia, ut omnium aeque calculum ferat ac laudem, ii uideant, quos iuuat his adferre cogitationem. Quia vero ille POLLIONIS locus est eiusmodi, in quo PETRI BAELII ingenium se exerceat, hinc uix iniucundum erit acutas eius in eum commentationes uidere, quas Vol. IIII. *Diction. Histor. Crit. uoc. Zenobie*, protulit, ubi etiam hunc WOLFII locum excitauit.

8) Loquuntur passim ueteres de uoluptatibus CLEOPATRAE, et quamquam recentiore aeuo, confictas puto *Q. Sorani* et *Cleopatrae epistolas mutuas*, quae vti alias editt. PETRONII et PRIPATEI, ita *Lipsiensi* emendatius adiectae sunt, tamen alia ueterum testimonia satis produnt, qualis fuerit CLEOPATRA. Qua ratione cum *Dellio* amores exercuerit, belle narrat PETRVS BAELIVS *Diction. hist. crit.* uoce *Dellius*. De reginae autem consuetudine cum *Antonio*, quaedam ex DIONE, PLVTARCHO, ATHENAEO, et aliis uetustis historiarum conditoribus, erudite attulit, *Vir magnif. Praeceptor et Patronus summa pietate a me suspiciendus*, CHRISTIANVS GOTTL. IOECHERVS in *diss. de* M. ANTONII *Timonio, Lips.* 1737. *hab.* §. IIII.

9) TREB. POLLIO p. 334. *Vsa nebi-*

Cum Odenato marito in exercitibus uerſabatur, nec more Perſarum ornabat tantum aciem, ſed opera, et conſilio iuuabat maritum [10]) ipſa milites diſponebat, prima contra hoſtem ducebat, uirtuteque ipſum ſaepius Odenatum ſuperabat. Hinc TREB. POLLIO [11]) quando de Odenato ait: *Vir acer in bellis, uenatu inclutus, perferens calorem, puluerem,* cet. mox addit: *Non aliter etiam coniuge adſueta, quae multorum ſententia fortior marito fuiſſe perhibetur.* Quam ob cauſſam in gemma apud LAVR. BEGERVM, [12]) ZENOBIA et ODENATVS caſſide leonina a capite demiſſa, ad vtriusque fortitudinis et uenatus amoris memoriam, conſpiciuntur. Hanc fortiſſimi uirtutem animi excelſa quaedam comitabatur indoles, qua homines, uirtute bellica praeſtantes, multo honore adficiebat, illosque prae ceteris magnifaciebat. Nam uirtutem etiam in hoſte admirata, Aurelianum, quod uincere didiciſſet, dignum orbis terrarum imperio iudicabat, atque in conſpectu eius aiebat: *Imperatorem te eſſe agnoſco, qui uincis. Gallienum Aureolum et ceteros, principes non putaui.* [13]) Alias quoque plura eiusmodi magni, et ſupra ſexum elati animi documenta, in ZENOBIA adparuerunt, et memorabile imprimis eſt illud conſilium, quod a ſe coeptum, Aureliano itidem aperuit. Se ſcilicet, ſi omnia

nebiculo carpendario, raro pilento, equo ſaepius. Fertur autem tria uel quatuor miliaria frequenter cum peditibus ambulaſſe.

10) Haec heroici compoſitique uirtus animi egregiam LVDOVICO HOLBERGIO ſuppeditauit occaſionem, res CATHARINAE *Ruſſorum* cum ZENOBIAE rebus comparandi. Conſtat enim, quum copiae Ruſſorum in Moldauia in anguſtiis eſſent, CATHARINAM conſiliis rem reſtituiſſe, et PETRVM *Imp.* deinceps feminae adeo prudentis, ſententiis, in grauiſſimis de imperio negotiis locum reliquiſſe. uid. *Vol.* II. *uit. parall.* p. 139.

11) in *uita* ODENATI p. 299.

12) *Theſ. Brandenb.* Vol. III. p. 204. Eandem quoque *gemmam* exhibet BERNARDVS MONTEFALCONIVS *Antiq. expliq. et repreſentée en fig.* Tom. III. P. I. p. 74.

13) TREB. POLLIO *in uita* ZENOB. p. 335.

ſi omnia proſpere feliciterque ei eueniſſent, ut conſtaret aliis quam praeclare femineus ſexus ad imperium ualeat, [14]) VICTORINAM, feminam fortiſſimam, quae adſumto Auguſtae nomine, in numis MATER CASTRORVM adpellatur [15]) in regni ſocietatem cooptaturam fuiſſe, et totius orbis imperium cum ea partituram. [16]) Quas uirtutes probe animaduertens, ſuisque ponderibus examinans PETRARCHA [17]), de ZENOBIA ita canit:

Nel cuor femineo fu tanta fortezza
Che col bel viſo, e con l'armata chioma
Fece temer, chi per natura ſprezza
Io parlo dell' imperio alto di Roma
Che con armi aſſacio, benche all' eſtrimo, cet.

Ceterum de illuſtribus ZENOBIAE uirtutibus nihil amplius addo, praeter AVRELIANI, hoſtis eius, et, qui eam bello uicit, praeclarum honeſtumque teſtimonium. Hic Imperator litteris ad Senatum P. Q. R. datis [18]) mirifice laudat praedicatque ZENOBIAM, et quia reprehenſus fuerat a quibusdam, quod de femina triumpharet, iis bene et ſapienter reſpondit, et hac ſe *atteſtatione* ſimul defendit: *Audio* P. C. *mihi*

14) Exoſum plerumque eſt muliebre imperium, ſed non omne contemnendum poenitendumque eſſe, putat LVD. HOLBERGIVS in *Proluſione*, quam *Vitis Parall.* ZENOBIAE et CATHARINAE, *Ruſſorum Imperatricis*, praemiſit. Ibi ex inſtituto demonſtrare conatus eſt, quod neſciat uirtus inter ſexum diſtinguere, et ſequior, in quo ſaepe non parua naſcatur uirtus, nequaquam ad negotia publica inhabilis cenſeri debeat.

15) uid. POLLIO *Trig. tyr.* p. 317. et ANS. BANDVRIVS *Numiſm. Imp. Rom. Vol. I.* p. 324.

16) POLLIO. p. 336. *Victoriam mei ſimilem credens, in conſortium regni uenire, ſi facultas locorum pateretur, optaui.*

17) Citat hos uerſus ATHANAS. KIRCHERVS in Latio Vet. et Nou. p. 155.

18) Conſeruauit nobis hanc *epiſtolam* POLLIO in *uita* ZENOBIAE p. 329.

mihi obiici quod non uirile munus impleuerim, ZENOBIAM *triumphando. Nae illi, qui me reprehendunt, ſatis laudarent, ſi ſcirent, qualis illa eſt mulier, quam prudens in conſiliis, quam conſtans in diſpoſitionibus, quam erga milites grauis, quam larga, quum neceſſitas poſtulat, quam triſtis, quum ſeueritas poſcat. Poſſum aſſerere illius eſſe, quod Odenatus Perſas uicit, ac fugato Sapore Cteſiphontem usque peruenit. Poſſum aſſerere, tanto apud Orientales et Aegyptiorum populos timori mulierem fuiſſe, ut ſe non Arabes, non Saraceni, non Armeni commouerent. Nec ego illi uitam ſeruaſſem, niſi ſciſſem eam multum Rom. reip. profuiſſe, quum ſibi uel liberis ſuis Orientis ſeruaret imperium. Quid de D. Claudio, ſancto ac uenerabili duce, qui eam, quod ipſe Gothicis eſſet expeditionibus occupatus, paſſus eſſe dicitur imperare, idque occulte ac prudenter, ut illa ſeruante Orientalis fines imperii, ipſe ſecurius, quae inſtituerat, perpetraret.* Magna ſane laus eſt, in conſiliis prudentiam, in diſpoſitionibus conſtantiam exercuiſſe, temporibus inſeruire potuiſſe, tot populos bene rexiſſe, tot gentibus timori fuiſſe, ut ne ſe commouerent, etiam marito exhortationibus adfuiſſe, ut nobiliſſimam de Perſis uictoriam reportaret.

§. VI.

ZENOBIAE *eruditio.* LONGINVS, *uir eruditiſſimus, Auguſtae a conſiliis intimis et ſanctioribus.*

ZENOBIAE animus nonſolum praeclarum erat uirtutis domicilium, ſed et eruditionis, ſupra ſexum fortunamque excellentis, receptaculum, utque hac ratione in eruditiſſimarum feminarum catalogum, quem peculiaribus ſcriptionibus dederunt quidam, prae ceteris referri illa mereatur. [1]) Atque

1) Huius loci nihil refert, qui de eruditis mulieribus ſcripſerunt, nominare omnes. Interea uideri poſſunt MAGNVS DAN. OMEISIVS *diſſ.* de *eruditis mulieribus*, *Altorf.* 1688. HERM. CHRISTOPH. ENGELKERNIVS

haec uirtus eo nobilior uidetur esse censenda, quo rarior eruditio apud Palmyrenos deprehendebatur, quippe qui armis potius quam artibus studentes, litteris exiguum sane pretium statuebant, adeo ut eorum imperitia stomachum moueret LONGINO, quem constat de ea querelas in sinum PORPHYRII sui effudisse. [2]) Qua eruditione haec constans Cleopatrae Aegyptiae aemula istam reginam inprimis est sectata. Praedicatur enim de CLEOPATRA, quod pro excitatissimi ingenii indole [3]) multarum linguarum usum habuerit, et sigillatim narrat PLVTARCHVS, [4]) eam raro cum barbaris

KERNIVS. disp. *de Sexu sequiore eruditionis fama coruſco Roſt.* 1707. BVRC. GOTTH. STRVVIVS *Introduct.* ad H. L. p 223. quibus add. IO. CASP. EBERTVS im *eroffnetem Cabinet des gelehrten Frauenzimmers*, et MENAGIVS ad *Diog. Laertium* p. 485 seqq. et ad L. X. p. 448. edit. splendidiss. *Wetsten.*

2) Conqueritur scilicet LONGINVS in *epistola* ad *Porphyrium*, quae uti alias saepius, ita et in splendidissima editione LONGINI *de Sublimitate*, quam in usum *Principis Elect. Brandenb.* adornauit IACOBVS TOLLIVS p. 251. exstat, quod non habeat Palmyrae, qui, Graece doctus, opera Plotini describat. Ex quo iudicium ferri poterit, quantopere ibi friguerint ingenia.

3) De diuinis CLEOPATRAE dotibus praeclare disserit AVCTOR de *l'Histoire du Triumvirat d'Auguste* T. III. p. 97. *Quoique toute sa personne fust charmante, que ses yeux eussent un éclat, qu'il étoit difficile de soutenir, que son teint et sa taille fussent admirables, cependant il y avoit a Rome et ailleurs des personnes de son sexe, qui ne lui cedoient, ny en beauté, ny en bonne mine: mais pour les agremens de l'esprit et les charmes de la conuersation, aucune ne pouuoit luy disputer cet auantage. Son discours animé d'un air inimitable penetroit iusqu' au fond des coeurs: on se faisoit toujours un plaisir extreme de l'écouter, et le ton de sa voix, soutenu du brillant de ses yeux, et de la viuacité de son esprit, ne manquoit jamais de plaire et de persuader. Elle s'expliquoit auec une facilité surprenante en tant de sortes de langues, que cela passoit pour un prodige. Les peuples les plus barbares etoient etonnez de luy entendre repondre a leurs Ambassadeurs sans Interprete: elle sauoit l'Ethiopien, le Troglodite, l'Hebreu, l'Arabe, le Syriaque, le Mede, le Parthe et plusieurs autres langues: en quoy elle etoit d'autant plus admirable, que beaucoup de Rois ses predecesseurs, n'auoient pû seulement apprendre l'Egyptien, et que d'autres auoient oublié leur langue maternelle, qui etoit celle des Macedoniens.*

4) in ANTONIO *Vol. I. uit. parall. p. 927. edit. Francof.*

baris per interpretem fuisse loquutam, quumque ceteri Aegypti reges non ultra patrium aut Graecum sermonem plerumque sapuerint, hanc tamen lingua sua, ueluti multis fidibus instructo instrumento, ita fuisse usam, ut facile ab unius gentis sermone ad alium transierit, et Aethiopibus, Troglodytis, Ebraeis, Arabibus, Syris, Medis, Parthis, data adloquendi facultate, ipsa plerisque dederit responsa. Horum igitur decorum studiosissima pariter ac feliciſſima imitatrix fuit ZENOBIA, et parem his in virtutibus se Cleopatrae praebere omni studio laborabat. Graece, Persice, Syriace, Aegyptiace *ad perfectum modum* loquebatur, et *Latini sermonis non usque quaque ignara erat*, sed, quo minus *eundem loqueretur, pudore quodam prohibebatur.* Nec peregrinarum solum linguarum cognitionem habebat, sed et rerum gestarum monumenta sedulo euoluebat, et, quae ad usum uitae et sapienter regendae reipublicae prudentiam referri poterant, inde desumebat. *Romanam historiam Graece legit, historiae uero Alexandrinae atque Orientalis ita perita fuit, ut illius feciſſe epitomen dicatur.* [5]) Etsi uero aliarum linguarum usum feliciſſime sibi comparauerat, tamen in Romana lingua multum operae temere absumendum non existimabat, eandemque filiis potius, quos romano destinauerat imperio, [6]) necessariam arbitrabatur, et hinc Latina lingua diligenter eos instruendos curabat. [7]) Atque hi tanta breui tempore in illa confecerunt spatia, ut mox cum latino rhetore certarent, [8]) Romanamque linguam Graecae anteferrent, quippe quam dein-

5) Omnia ex TREBELLIO POLLIONE *in uita Zenobiae* p. 335.

6) Quod Romanum imperium mente agitauerit ZENOBIA, ex iis nullo negotio intelligitur, quae narrat VOPISCVS *in D. Aur.* c. XXXIII. quod scilicet magni pretii *currum sibi composuerit, sperans se urbem Romam cum eo uisuram.*

7) POLLIO c. l. *Filios latine loqui iusserat, adeo ut Graece uel difficile uel raro loquerentur.*

8) POLLIO *in Tyrannis.* p. 326.

ceps uel *difficile, uel raro loquebantur.* Quemadmodum uero haec armata Pallas ipsa litteris mirifice oblectabatur, ita earum fautrix atque patrona exstitit publica, doctosque homines in aulam accersitos belle habuit prolixeque fouit. Quanto fauore prosequuta fuerit PAVLLVM SAMOSATENVM, etsi purioris doctrinae impium desertorem, tamen doctissimum, sine controuersia, hominem, id passim loquuntur ecclesiastici scriptores, et infra hac de re dicendi locus obueniet. Probabile etiam uidetur, LONGINVM, qui missis litteris homines sapientes ex remotis terrarum oris ad suscipiendum Palmyram iter inuitauit, et sigillatim PORPHYRIVM [9]) data ad eum graui, et ad persuadendum composita, epistola, ut ad se ueniret, rogauit, id omne iussu et auctoritate dominae suae perfecisse. Sed longe maximum benignitatis documentum in eundem doctum hominem e Graecia accersitum edidit, de quo, quia res digna commemoratione uidetur, pauca iam proferemus. [10]) Erat scilicet eo tempore summa in philosophia [11]) et omni litterarum genere gloria, adeo

9) Statim sub initium iam laudatae epistolae.

10) Laborem, neque necessarium neque huic loco conuenientem susciperem, si, quae ad vitam LONGINI spectant, hic uellem omnia repetere. Nam, qui suis operum LONGINI editionibus uitam Polyhistoris praemiserunt, GABRIEL DE PETRA, GERARDVS LANGBAINVS, IOANNES HVDSONVS, ZACH. PEARCIVS, CAROLVS HENR. HEINEKENIVS, id iam egregie praestiterunt, et praeter hos ὁ πᾶν IO. ALBERTVS FABRICIVS *Bibl. Gr.* L. IIII. c. 31. p. 436. multa de uita LONGINI est commentatus. Itaque ea tantum in praesenti tempore de LONGINO commemorabimus, quae cum historia ZENOBIAE cognatione quadam continentur.

11) Refert PORPHYRIVS c. XIIII. *uitae Plotini*, quae inserta est *Vol.* IIII. *Bibl. Gr. Fabric.* quod Plotinus dixerit: Φιλολόγος μὲν ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς, adeoque negauerit, LONGINVM esse Philosophum. Id forte induxit GABRIELEM DE PETRA, ut in *Commentatione de Longino*, quam suae etiam LONGINI editioni praemisit TOLLIVS, apud ueteres hominem litterarum disciplinarumque scientissimum, Philosophi nomine insignitum fuisse, copiosius traderet. Sed fuisse Philosophum, sat declarant doctissima laborum eius fragmen-

adeo ut uiua ſpiransque bibliotheca, [12]) publico atque inſigni ad memoriam copioſiſſimae apparatiſſimaeque ſcientiae elogio nominaretur, DIONYSIVS LONGINVS CASIMVS.[13])

Is,

fragmenta, v. c. *Diſputationes* cum Aemilio et Plotino *de Fine: Confutatio* Stoicorum ſententiae *de anima*: et alia, quae e uetuſtis auctoribus paſſim laudantur, et etiamnunc, licet non integra, ſuperſunt. Sigillatim uero LONGINVM *Platonis* placita ſectatum fuiſſe, ſaltem hunc prae caeteris magni feciſſe Philoſophis, PROCLVS in *Platonis Timaeum* EVSEBIVS *Praep.* L. X. c. 3. PORPHYRIVS *uit. Plot.* c. II. teſtantur.

12) EVNAPIVS in *uita Porphyrii* p. 13. inquit: Λογγῖνος δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος, καὶ περιπατῶν μουσεῖον, καὶ κρίνειν γε τὰς παλαιὰς ἐπέταχτο, καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοί τινες ἕτεροι, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Διονύσιος πάντων ἀριδηλότερος. SVIDAS uoc. λογγινος, eum uocat πολυμαθῆ et PORPHYRIVS c. XVIIII. uit. Plot. κριτικώτατον et κρίσει πρῶτον appellat. Hinc memoriam illuſtris inter Saxonas Polyhiſtoris CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHII in exequiis illius publico nomine renouaturus, IOAN. VILELMVS BERGERVS, *magnum illud patriae meae decus*, SCHVRZFLEISCHII merita cum LONGINI gloria comparauit. Prodiit progr. funebre Viteb. 1708. eſtque inſertum auctius VIRI ILLVSTRIS *diſſert. Academ. ex auctoritate publ. ſcriptis* et coniunctim editis in 4to p. 89. nec non *nouiſſimae editioni Epiſt. Schurzfleiſchii Select.* in fine adiectum.

13) CASIMVS legitur in antiqua editione SVIDAE Mediolanenſi, idque uerum LONGINI nomen fuiſſe exiſtimat ABR. SELLERVS *Append. Antiq. of. Palmyr.* p. 288. et addit ABVL CASIMVS, AL-CASEM nomina Arabica in hiſtoria Saracenorum frequenter occurrere, denique propter hoc Syrum nomen, probabile eſſe putat, *Palmyrae* natum fuiſſe Longinum. GABR. DE PETRA itidem *Syrum* arbitratur c. 1, et quamquam obſtare uideatur huic ſententiae locus VOPISCI in D. *Aur.* c. XXX. de *epiſtola* ZENOBIAE Syro ſermone contexta, tamen et hunc ille commode interpretatur. Sane coniecturas confirmare uidetur *inſcriptio* illa lapidaris in Anglia inuenta, quam HVDSONVS in *Praef.* LONGINO praemiſſa, produxit, huius argumenti. LONGINVS TRIBVN. MIL. LEG. XX. LONGINVS. FILIVS. EIVS DOMO. SAMOSATA. Ex qua intelligitur in Syria de gente LONGINI homines uixiſſe. LANGBAENIVS in *Pamphilia* natum putat. uid. c. 5. SCHVRZFLEISCHII *animaduerſ.* ad *Longin. de Sublim.* Vit. 1711. editae, et FABRICIVS c. l. IONSIVS *de Script. hiſt. philoſ.* L. III. c. 14. PEARCIVS *de uita et ſcriptis Longini* p. 31. edit. Amſt. d. a. 1733. Athenienſem putant. FABRICIVS p. 437. ait, quod *Sect.* XII. *de Sublim.* ipſe LONGINVS ſe *Graecum* profiteatur. Sed haud uiciſſim deſunt, qui ex illo loco non tam pro patria eius, quam pro ſententia ſcripti Athenis *de Sublimitate* libri quidquam confici poſſe arbitrantur

Is, qui genus a Frontone et Plutarcho ducebat, [14]) postquam florentissimas peruagatus regiones, in iis quaestum doctrinae maiorem ceperat, doctissimosque ibi homines usu et consuetudine sibi deuinxerat, [15]) eruditione ornatissima Athenas illuminabat, dumque ibi profitebatur, et inter alia doctissima ingenii monumenta aureum illud, quo nomen memoriamque aeternitati consecrauit, quodque *de summo dicendi genere* exstat, opus scribebat, [16]) magnum litteris decus nec minorem

14) Tradit sc. SVIDAS, *uoc.* Φρόντων, quod M. CORNELIVS FRONTO, *orator*, ut ait EVTROPIVS, *nobilissimus*, et PLVTARCHI, historici grauissimi nepos, natum ex sorore FRONTONIDE LONGINVM heredem reliquerit. Vid. RVALDVS in *uita Plutarchi cap.* V. et FRID. GOTTH. FREYTAGIVS, Praecepcor meus non sine gratissimi significatione animi a me adpellandus in *program. de* M. CORN. FRONTONE in prou. Schola Portensi an. 1732. p. p.

15) De peregrinationibus studiorum caussa a LONGINO iuuene susceptis, ipse loquitur in *prooemio* libri de *Fine ad* PLOTINVM p. 244. *edit.* TOLLII, ubi etiam celebriores nominat, quos partim doctores partim amicos in itineribus habuerit, et quibuscum multum ac saepius fuerit uersatus sc. EVCLIDEM, DEMOCRITVM, PROCLINVM, PLOTINVM, GENTILIANVM AMELIVM, THEMISTOCLEM, ANNIVM, MEDIVM alios.

16) Exstant passim apud ueteres testimonia, quae produnt, multos et eruditissimos libros scripsisse LONGINVM, quos magnam doctrinae studiosis utilitatem adferre ZOSIMVS *Hist.* L. I. c. LVI. ait, et EVNAPIVS c. l. admirationem obtinere profitetur. Omnes nominat libros FABRICIVS c. l. p. 443. et plerique, vt putant, in euersione Palmyrae perierunt. Solum opus *de sublimi dictione* aetatem tulit, et ne id quidem integrum, tamen supra omnes Rhetorum curas collocandum, quo ingenium peracutum, iudicium peracre et adcuratae lectionis adcommodatio declaratur. Quam ob caussam in ratione dicendi pro maximi pretii monumento, ex antiquitatis memoria relicto, constanti doctissimorum hominum opinione semper est habitum, qui ideo certatim in eo illustrando operam collocarunt. Prae ceteris de illo meriti sunt illi uiri, quos not. 10. h. §. diximus uitam LONGINI dedisse, quibus iam addendi IAC. TOLLIVS *et* TANAQVILLVS FABER. Deinde adeo placuit exteris hominibus libellus, ut ille mox in peregrinas linguas conuerteretur. *Gallicam* conuersionem NICOLAVS BOILAVIVS confecit, quae exstat *Tom. III. Oeuures de Despreaux.* edit. *Hag. Com.* 1729. in 8. et adiecta quoque est editioni LONGINI illi, quam TOLLIO debemus. *Italicam* uersionem dedit ANTON. FRANC. GORIVS

rem *discipulis* [17]) utilitatem adferebat, et praeter ea de ueteribus iudicandi potestatem publice permissam habebat, ita ut in existimandis, recensendis, interpretandisque omnis aeui monumentis eius iudicio staret caderetue quidquid ab eo fuerat uel comprobatum uel notatum. [18]) De huius igitur uiri meritis quod ad Orientem fama penetrauerat, ZENOBIA eum, siue ut illo ad intelligendos sacros libros auctore, [19]) siue,

GORIVS *Veronae* 1733. in 4. Quid uero cuncti hi uiri succedente tempore in LONGINO emendando explicandoque praestiterint, peregregie recensuit et adcurate, laboresque diiudicauit, HEINEKENIVS in *Narratione* de *uita et scriptis* LONGINI p. 70. sqq. editioni LONGINI ab ipso curatae praefixa. Praeter ea hic loci inprimis laudari meretur *Viri illustris* IO. VIL. DE BERGER *Commentarius de naturali pulcritudine orationis, ad excelsam* LONGINI *disciplinam illustri continentique* C. *Iul. Caesaris exemplo* exactus, *Lipsiae* 1720. Nuper admodum V. Cl. et *amicus meus honoratissimus* M. IO. GEORG. WALTHERVS multum honoris LONGINI disciplinae habuit in schediasm. cui titulus: *Der Vnterscheid des erhabenen in einer Rede, nach des* LONGINI *Grundsätzen.* Quod sub initium h. an. *Lipsiae* prodiit et deinceps insertum *denen Belustigungen des Witzes und Verst.* ad mens. *Apr.*

17) Inter discipulos eo tempore etiam habuit Porphyrium, quem impense amauit, et de quo uid. EVNAPIVS c. l. et LVCAS HOLSTEINIVS in *uita Porphyrii*, quae inserta est *Bibl. Graec.* FABRIC. *Vol.* IIII. c. XXVII.

18) Vid. quae not. 12. h. §. ex EVNAPIO repetiuimus, qui in eodem loco non multo post inquit: *καὶ εἴ τις κατέγνω τινες τῶν παλαιῶν, ἢ τὸ δοξαθὲν ἐκβάτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκβάτει κρίσις.* conf. et PORPHYRIVS in *uit. Plot.* c. XIIII.

19) Narrat PHOTIVS *Biblioth. Cod.* 263. p. 1470. ZENOBIAM relicto profano deorum cultu Iudaeorum sacra fuisse amplexam. Quod etiam confirmant S. ATHANASIVS, NICEPHORVS et alii, de quibus suo loco uidebimus. Hinc putant nonnulli ZENOBIAM sacrorum librorum desiderio intelligendorum LONGINVM Palmyram euocasse. In quam sententiam inprimis inclinare uidetur HEINEKENIVS cit. *Narrat.* p. 12. Certe legisse sacros libros LONGINVM ex eo adparet, quod *Sect.* VIIII. *Lib. de Sublim.* uerba quaedam ex *Genes.* I. excitat, simulque Mosen encomio quodam cohonestat. Quem locum multo solidioris doctrinae lumine, ut eius mos est, illustrauit *V. Cel. et Max. Reu.* L. CHRISTOPH. WOLLIVS *pec. diss. de eo quod sublime est in Mosis uerbis* ΓΕΝΕΣΘΩ ΦΩΣ *Lipsiae* 1735. habita ubi §. VII. VIII. VIIII. quod paganus hic Philosophus ipse Mosen legerit, contra HVETIVM et alios negantes adfirmauit. Qua uero ratione id acciderit, ut profanarum gentium scriptores

siue, quod ait VOPISCVS, [20]) ad Graecas litteras doctore uteretur, Palmyram euocauit, et multis ibi maximisque beneficiis cumulauit. Mox quum excelsissimam indolem, planeque ad res summas factam, in eo animaduerteret, et singularem uiri, de grauissimis rebus pronuntiandi prudentiam et dexteritatem intelligeret, iuuentuti filiorum, ut quidam opinantur, [21]) praefecit, et in consilium adhibuit, quo de principatu Orientis agebatur. Huius sententiam de summis imperii negotiis consulte deinceps requirebat et prudens sequebatur, eratque horum auspiciis Palmyrenorum res talis, qualis esse solet ea, ubi aut regnant philosophi, aut regnantes philosophantur. [22]) Illo etiam consilii auctore post mariti

Ode-

ptores illustres saepe locos salutaris fidei nostrae suis monumentis inseruerint, id erudite demonstrauit *V. Cl.* IOACH. SAM. WEICKHMANNVS in disp. *de fontibus ueritatis sacrae in riuulis profanis sparsae*, Vit. 1739. Neque enim audiendi sunt, qui ex istius citatione loci LONGINVM semichristianum fuisse, efficere conantur, in quorum numero quoque est IS. CASAVBONVS ad *Vopisci D. Aur.* c. XXX. cui et aliorum, idem sentientium uocibus, probe occurrit in notis ad memorabilem hunc LONGINI locum LANGBAINIVS p. 61. *edit.* TOLLII. Nec eorum mihi placet sententia, qui hunc Mosis locum in gratiam ZENOBIAE, quippe religione Iudaeae, LONGINVM adduxisse aiunt. Nam multae adsunt rationes, quae efficiunt ut statuamus, non tam Palmyrae, quam Athenis scriptum esse illum de summo dicendi genere libellum, atque adeo antequam illustrem ZENOBIAE fauorem LONGINVS experiretur. uid. *Illustr.* BERGERI *dissert. Academ.* p. 117.

20) VOPISCVS *D. Aur*, c. XXX. *Graue inter eos, qui caesi sunt, de* LONGINO *Philosopho fuisse perhibetur, quo* ZENOBIA *magistro usa esse ad Graecas litteras dicitur.*

21) Est haec SELLERI opinio, quam c. VI. *Append. Antiq. of. Palm.* profert, nec ab ea multum discedere uidetur HEINEKENIVS iam c. l.

22) Innuit enim PHOTIVS, quod ad curam rei Palmyrenae persaepe a ZENOBIA adhibitus fuerit LONGINVS, quando c. l. de eo scribit: Ἐπὶ Κλαυδίου δὲ ὄντος ἤκμαζε, πρὸ τοῦ πολλὰ συνεηγωνίζετο Ζηνοβίᾳ τῇ τῶν Ὀσροηνέων βασιλίδι, τὴν ἀρχὴν κατειχότη Ὀδαινάθου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος. Etsi uero strenue operam dabat rei publicae Philosophus, neque eo minus tamen negligebat litteras, quippe quas inter publica imperii negotia quoque curabat, et praeter ea cum eruditissimis hominibus, ex omnibu propemodum, ubi non frigebant i genia, prouinciis, litterarum co mercium instituebat doctasque n nunquam lucubrationes, inter a for

Odenati mortem Orientis imperium in se suscipiebat, atque ad fastigium perductum adeo constanter contra Aurelianum Imp. defendebat. [23]) Sed haec ipsa consilia ei iram et indignationem Aureliani, ZENOBIAM tandem bello uincentis, conciliarunt et mortis denique supplicium attulerunt. Nam, quum superbior illa epistola, qnam imperatori ipsius deditionem petenti, rescripserat ZENOBIA in calamum ab eo dictata fuisse crederetur [24]) et ZENOBIA postquam in potestatem Aureliani uenerat et in conspectu eius Emesae causam dicere cogebatur, timida culpam omnem in LONGINVM, qui eam ueluti mulierem seduxerit transferret, statim poenam mortis consiliario statuit imperator. In hac uero se gessit, ut philosophum decuit LONGINVS, et non modo ipse supplicium fortiter tulit, sed et ea compositi uirtute animi fuit, ut eos quoque, qui hanc calamitatem eius indigno animo ferebant, consolaretur. [25]) Hinc NICOLAVS BOILAVIVS [26]) quando in hunc locum incidit, exclamat: *Vn Philo-*

forique strepitus scribebat. Nam sunt, qui libros, alterum *de rebus gestis Odenati*, alterum de *Tacticis*, quem Romae conseruari GESNERVS in *Biblioth.* memorat, Palmyrae ab ipso conscriptos fuisse arbitrantur. uid. ABR. SELLERVS d. l.

23) Eleganter haec edisserit NICOLAVS BOILAVIVS DESPEREAVX. in *Praef. Traité du Sublime: Ce fuit lui qui encourage cette Reine a soutenir la qualité de Reine de l'Orient, qui lui rehaussa la coeur dans l'adversite et qui lui fournit les paroles altieres quelle ecrivit a Aurelian quand cet Emperur la somma de se rendre.*

24) Habet haec VOPISCVS D. *Aur.* c. 39. *Quem quidem Aurelianus idcirco dicitur occidisse, quod superbior illa epistola* (quam VOPISCVS itidem exhibet c. 27.) *ipsius diceretur dictata consilio, quamuis Syro esset sermone contexta.*

25) ZOSIMVS *Hist.* L. I. c. LVI. ΖΗΝΟΒΙΑ ἐπὶ δὲ αἰτίᾳ ἤλεγεν, ἑαυτὴν ἐξαίρετα πολλάς τε ἄλλος ἦγεν εἰς μέσον, ὡς παραγαγόντας οἷα γυναῖκα. ἐν οἷς καὶ Δογγῖνος ἦν, ὃ συγγράμματά ἐστι μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα· ὥπερ ἐφ' οἷς κατηγορεῖτο ἐλεγχομένα, παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς θανάτῳ ζημίαν ἐπέθηκεν. ἦν ὅτε γυναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος, ὥστε καὶ τοὺς σχετλιάζοντας ἐπὶ τῷ πάθει παραμυθεῖσθαι.

26) Iam laudata *Praefatione.*

Philoſophe digne d'etre mis en parallele auec les Socrates et avec les Catons.

§. VII.

ZENOBIAE *religio. Dii patrii Palmyrenorum.* ZENOBIA *non Chriſtianam ſed Iudaeorum religionem profeſſa.* NICEPHORI CALLISTI *et* TRISTANI *errores oſtenſi.* PHILASTRIVS *et* BARONIVS *notati.*

Sic bonis litteris in auguſto pectore regnantibus diu ibi principatum tenere non poterat ſuperſtitio. [1]) Itaque ZENOBIA, quos antea more maiorum coluerat patrios Palmyrae deos Aiglibelum et Malachbelum a IACOBO SPONIO [2]) ex marmore repraeſentatos, eos mox contemnere coepit

1) Erat Syria plena ſuperſtitionis, et illius religionis, quae ſolis et lunae cultum praecipit, quaſi patria credebatur. Exſtant apud uetereſ innumera loca de Syrorum idololatria quorum plurima attulerunt, et multa eruditionis copia de hac materia diſſeruerunt ABR. SELLERVS *Append. Hiſt. of. Palm.* c. III. p. 241. ſeqq. et IO. SELDENVS integro libro *de Diis Syris.* Inprimis autem Palmyra ſolis religione fuit celebris, cuius templum, ſane ſplendidiſſimum, habuit, quod eo, quo Palmyra expugnata fuit, tempore direptum deinceps reparauit Aurelianus, quos ibi inuenerat Solis et Beli ſimulacra in nouo illo ſolis templo, quod Romae exſtruxit conſtituens. uid. ZOSIMVS *Hiſt.* L. I. c. 61. et FL. VOPISCVS in D. *Aur.* c. 39. p. 521. et c. 26. p. 479. De Aphaca fonte etiam apud Palmyrenos res erat plena ſuperſtitionis, de qua eo tempore dicemus, quo euerſionem urbis Palmyrae deſcribemus.

2) *Recherches curieuſes d'Antiquité* p. 65. ubi etiam antiqua exhibetur inſcriptio, quae multa de his numinibus prodit. Habuit autem praeterhos duos, quos Solem et Lunam interpretantur, adhuc alios Palmyra deos patrios, *Iaribolum, Belum*, ceteros, quemadmodum ex quibuſdam Inſcriptionibus Palmyrenis intelligitur. Ita in Inſcriptione, quae legitur *Tranſact. Philoſ Vol.* 19. p. 99. et in SELLERI *Append.* p. 322. laudatur Septimius Orodes, in ſacrificiis *Iouis Beli* ſympoſiarcha. Haec enim ſub finem habet Inſcr. ΚΑΙ ΑΡΕΣΑΝΤΑ ΤΗΤΕ ΑΥΤΗ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩ, ΚΑΙ ΝΥΝΕΙ ΛΑΜΠΡΩΣ ΣΥΜΠΟΣΙΑΡΧΟΝΤΩΝ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΒΗΛΟΥ ΙΕΡΩΝ, ΤΕΙΜΗΣ ΕΝΕΚΕΝ. et in alia Inſcriptione p. 97. *Tranſact.* it. Append. *Selleri* p. 310. dicitur Iulius Aur. Zenobius a Deo *Iaribolo* teſtimonio ornatus. Nam ſic ibi ſcriptum eſt: ΑΓΟΡΑΝΟΜΗΣΑΝΤΑ ΤΕ ΚΑΙ ΟΥΚΟΝΙΣΩΝΑ ΦΕΙΔΗΣΑΝΤΑ ΡΗΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΚΑΛΩΣ ΠΟΛΙΤΕΥΣΑΜΕΝΟΝ ΩΣ ΔΙΑ ΤΑΥΤΑ ΜΑΡΤΥΡΗΘΕΝΤΑ ΥΠΟ

pit atque deinceps reiecit penitus et dereliquit. Ad quaenam uero sacra inde transierit, non adeo expeditum est doctorum hominum sententiis. Vulgo existimant eam *Christianis* fuisse fauentiorem et narrat etiam NICEPHORVS CALLISTVS, [3]) in ea Christi doctrinis instituenda multum curae studiique posuisse PAVLLVM SAMOSATENVM, *Patriarcham Antiochenum,* [4]) idque agentem in Artemonis errorem fuisse illapsum. Sed demonstrauit ABRAMVS SELLERVS, [5]) huic, quam *Nicephorus* habet, narrationi male intellecta quaedam THEODORETI [6]) uerba, quibus Paullum in Artemonis haeresin incidisse commemorat, praebuisse

ΥΠΟ ΘΕΟΥ ΙΑΡΙΒΩΛΟΥ ΚΑΙ ΥΠΟ ΙΟΥΛΙΟΥ κ. τ. λ. Videntur autem hi dii itidem solis aut lunae simulacra fuisse, et nomine tantum a superioribus diuersa numina. Ceterum, qui ZENOBIAM Aegyptiam credunt, negant, quod hos deos gentili more ea coluerit. Sed potuit antiquis Aegypti regibus fuisse edita, etsi apud Palmyrenos nata iuxta atque educata initio eorum diis sacrificauit.

3) *Hist. Eccles.* L. VI. c. XXVII. edit. *Paris.* T. I. p. 420. Τηνικαῦτα δὲ τῶ κατ' Αντιόχειαν, ἐπισκόπω Δημητριανῶ το βίῳ μεταλλάξαντος, Παῦλος ὁ ἐκ Σαμοσατων τῶ θρόνω ἀντικαθίσαται. ΖΗΝΟΒΙΑΣ γαρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοπαρχούσης. Πέρσαι γάρ Ρωμαίους νενικηκότες, ἐκείνη τὴν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης ἡγεμονίαν παρέδοσαν. Παῦλος δὲ τὰ πρὸς θεραπείαν ἐκείνη θίλων ποιεῖν, τὰ Ιουδαίων φρονῦσαν, καὶ θεραπέυειν ὡς πλεῖστον πειρώμενος, εἰς τὴν Αρτέμωνος ἐξώκειλεν αἵρεσιν.

4) De hoc uiro infra ex instituto dicemus, et, quem in aula Caesarea Palmyrae tenuit locum describemus.

Quae uero a ZENOBIA accepit beneficia, illa in eum tantum ob praeclaram eruditionem et in rebus gerendis sollertiam atque dexteritatem Imperatrix contulisse uidetur. Nam ZENOBIAE fuit Procurator Ducenarius, et praeterea Patriarcha Antiochenus. Quas dignitates et olim, et nostra aetate aegre conciliare potuerunt nonnulli, et quia tantum de rebus diuinis Paullo cum ZENOBIA differendum fuisse existimarunt, hinc Samosatenum mox ad Iudaeorum, mox ad Christianorum sensa inclinasse ZENOBIAM, operosius fabulati sunt.

5) Verba eius haec sunt. p. 87. *Hist. of Palm: But it is amost indisputably certain, that all this fair Story is built on a Mistake of the words of* Theodorit, *who only says, That Paullus fell into the Heresie of Artemon: and affirm'd, That our Saviour was on ly a meer Man; by this meaus designing to ingratiate himself with, and to flatter* Zenobia *who was a Iewess, and so would not allow Iesus tobe God.*

6) L. II. de *Haeresibus* Paullus p. 120. edit. Readingii Cantabr.

Philoſophe digne d'etre mis en parallele auec les Socrates et avec les Catons.

§. VII.

ZENOBIAE *religio. Dii patrii Palmyrenorum.* ZENOBIA *non Chriſtianam ſed Iudaeorum religionem profeſſa.* NICEPHORI CALLISTI *et* TRISTANI *errores oſtenſi.* PHILASTRIVS *et* BARONIVS *notati.*

Sic bonis litteris in auguſto pectore regnantibus diu ibi principatum tenere non poterat ſuperſtitio. [1]) Itaque ZENOBIA, quos antea more maiorum coluerat patrios Palmyrae deos Aiglibelum et Malachbelum a IACOBO SPONIO [2]) ex marmore repraeſentatos, eos mox contemnere coepit

1) Erat Syria plena ſuperſtitionis, et illius religionis, quae ſolis et lunae cultum praecipit, quaſi patria credebatur. Exſtant apud ueteres innumera loca de Syrorum idololatria quorum plurima attulerunt, et multa eruditionis copia de hac materia diſſeruerunt ABR. SELLERVS *Append. Hiſt. of. Palm.* c. III. p. 241. ſeqq. et IO. SELDENVS integro libro *de Diis Syris.* Inprimis autem Palmyra ſolis religione fuit celebris, cuius templum, ſane ſplendidiſſimum, habuit, quod eo, quo Palmyra expugnata fuit, tempore direptum deinceps reparauit Aurelianus, quos ibi inuenerat Solis et Beli ſimulacra in nouo illo ſolis templo, quod Romae exſtruxit conſtituens. uid. ZOSIMVS *Hiſt.* L. I. c. 61. et FL. VOPISCVS in D. *Aur.* c. 39. p. 521. et c. 26. p. 479. De Aphaca fonte etiam apud Palmyrenos res erat plena ſuperſtitionis, de qua eo tempore dicemus, quo euerſionem urbis Palmyrae deſcribemus.

2) *Recherches curieuſes d'Antiquité* p. 65. ubi etiam antiqua exhibetur inſcriptio, quae multa de his numinibus prodit. Habuit autem praeter hos duos, quos Solem et Lunam interpretantur, adhuc alios Palmyra deos patrios, *Iaribolum*, *Belum*, ceteros, quemadmodum ex quibuſdam Inſcriptionibus Palmyrenis intelligitur. Ita in Inſcriptione, quae legitur *Tranſact. Philoſ Vol.* 19. p. 99. et in SELLERI *Append.* p. 322. laudatur Septimius Orodes, in ſacrificiis *Iouis Beli* ſympoſiarcha. Haec enim ſub finem habet Inſcr. ΚΑΙ ΑΡΕΣΑΝΤΑ ΤΗΤΕ ΑΥΤΗ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩ, ΚΑΙ ΝΥΝΕΙ ΛΑΜΠΡΩΣ ΣΥΜΠΟΣΙΑΡΧΟΝ ΤΩΝ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΒΗΛΟΥ ΙΕΡΩΝ, ΤΕΙΜΗΣ ΕΝΕΚΕΝ. et in alia Inſcriptione p. 97. *Tranſact.* it. Append. *Selleri* p. 310. dicitur Iulius Aur. Zenobius a Deo *Iaribolo* teſtimonio ornatus. Nam ſic ibi ſcriptum eſt: ΑΓΟΡΑΝΟΜΗΣΑΝΤΑ ΤΕ ΚΑΙ ΟΥΚΟΝΙΣΩΝΑ ΦΕΙΔΗΣΑΝΤΑ ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΚΑΛΩΣ ΠΟΛΙΤΕΦΣΑΜΕΝΟΝ ΩΣ ΔΙΑ ΤΑΥΤΑ ΜΑΡΤΥΡΗΘΕΝΤΑ ΥΠΟ

pit *atque* deinceps reiecit penitus et dereliquit. Ad quae*nam* uero ſacra inde tranſierit, non adeo expeditum eſt do*ctorum* hominum ſententiis. Vulgo exiſtimant eam *Chri*ſtianis fuiſſe fauentiorem et narrat etiam NICEPHORVS CALLISTVS, [3]) in ea Chriſti doctrinis inſtituenda multum curae ſtudiique poſuiſſe PAVLLVM SAMOSATENVM, *Patriarcham Antiochenum,* [4]) idque agentem in Artemonis errorem fuiſſe illapſum. Sed demonſtrauit ABRAMVS SELLERVS, [5]) huic, quam *Nicephorus* habet, narrationi male intellecta quaedam THEODORETI [6]) uerba, quibus Paullum in Artemonis haereſin incidiſſe commemorat, prae-

 buiſſe

ΥΠΟ ΘΕΟΥ ΙΑΡΙΒΩΛΟΥ ΚΑΙ ΥΠΟ ΙΟΥΛΙΟΥ *κ. τ. λ.* Videntur autem hi dii itidem ſolis aut lunae ſimulacra fuiſſe, *et nomine* tantum a ſuperioribus diuerſa *numina.* Ceterum, qui ZENOBIAM Aegyptiam credunt, negant, quod hos deos gentili more ea coluerit. Sed potuit antiquis Aegypti regibus fuiſſe edita, etſi apud Palmyrenos nata iuxta atque educata initio eorum diis ſacrificauit.

3) *Hiſt. Eccleſ.* L. VI. c. XXVII. edit. *Pariſ.* T. I. p. 420. Τηνικαῦτα δὲ τῆς κατ' Αντιόχειαν, ἐπισκόπου Δημητριανοῦ τὸν βίον μεταλλάξαντος, Παῦλος ὁ ἐκ Σαμοσατων τῶν θρόνων ἀντικαθίσατο. ΖΗΝΟΒΙΑΣ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοπαρχούσης. Πίστιν γὰρ Ρωμαίους νενικηκότες, ἐκείνη τὴν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης ἡγεμονίαν παρέδοσαν. Παῦλος δὲ τὰ πρὸς θεραπείαν ἐκείνης θέλων ποιεῖν, τὰ Ιουδαίων φρονεῖται, καὶ θεραπεύειν ὡς πλεῖστον πειρώμενος, εἰς τὴν Αρτέμωνος ἐξώκειλεν αἵρεσιν.

4) De hoc uiro infra ex inſtituto dicemus, et, quem in aula Caeſarea Palmyrae tenuit locum deſcribemus.

Quae uero a ZENOBIA accepit beneficia, illa in eum tantum ob praeclaram eruditionem et in rebus gerendis ſollertiam atque dexteritatem Imperatrix contuliſſe uidetur. Nam ZENOBIAE fuit Procurator Ducenarius, et praeterea Patriarcha Antiochenus. Quas dignitates et olim, et noſtra aetate aegre conciliare potuerunt nonnulli, et quia tantum de rebus diuinis Paullo cum ZENOBIA differendum fuiſſe exiſtimarunt, hinc Samoſatenum mox ad Iudaeorum, mox ad Chriſtianorum ſenſa inclinaſſe ZENOBIAM, operoſius fabulati ſunt.

5) Verba eius haec ſunt. p. 87. *Hiſt. of Palm: But it is almoſt indiſputably certain, that all this fair Story is built on a Miſtake of the words of* Theodorit, *who only ſays, That Paullus fell into the Hereſie of Artemon: and affirm'd, That our Saviour was on ly a meer Man; by this meaus deſigning to ingratiate himſelf with, and to flatter* Zenobia *who was a Ieweſs, and ſo would not allow Ieſus tobe God.*

6) L. II. de *Haereſibus* Paullus p. 120. edit. Readingii Cantabr.

buisse natales, et putat potius *Vir doctus*, Patriarcham, ut placeret ZENOBIAE, ad Iudaeorum sensa inclinanti, notum illum errorem errrasse, atque de Christo humiliter, ut ait ZONARAS, [7]) docuisse. Et profecto, quia constat, ZENOBIAM in disputandi arte mirifice excelluisse, simulque perfectam controuersiarum intelligentiam habuisse, [8]) omnino potuit ab ea aliquantisper uinci aut in nec opinatum errorem adduci Samosatenus. Interea recentiores nonnulli ZENOBIAM Christianam fuisse omnino arbitrantur. Ita IOANNES TRISTANVS [9]) in ea est sententia, quod nonsolum ipsa Christo nomen dederit ZENOBIA, sed etiam Odenatum maritum ad Christum reduxerit, in quo negotio plurimum sine dubio Paulli Samosateni industriae debeatur. Credit etiam CAESAR BARONIVS [10]) uerae et unice salutaris doctrinae alumnam fuisse ZENOBIAM suaeque sententiae inter Pontificios sectatores habet plurimos, e quibus in praesenti tempore unum tantum exempli caussa excitabo. Is est 10. LVDOVICVS SCHOENLEBENI-

7) In vita *Gallieni* sub fin. p. 237. T. II. ed. CAR. DV FRESNE.

8) Vid. SYNCELLVS p. 384. TRISTANVS T. 3. p. 204.

9) *Comment. Historiq. des Emper.* T. III. Commentaire 41. p. 203. inquit: *Ce qui a rencontré avec, ce que je trouve dans Photius en son Discours de Demosthené* p. 1470. *être remarque par luy, que plusieurs avoient estimé, qu' Odenatus ayant quitté l' Idololatrie s' etoit fait Juif: ce qui apparemment etoit arrivè par la persuasion* de ZENOBIA. *Voire il y a lieu de croïre que l' un et l' autre etoient Chretiens, comme y ayants été instruits par Paulus Samosatenus, cy devant nomme qui etoit Eveque d' Antioche, mais en sorte toutefois qu' il y avoit beaucoup de meslange du Iudaisme en leur croïance*, etc. Sed haec peregregie, si deo placet, dicta, omni fundamento destituuntur nec ullo modo adfirmari poterunt. PHOTII autem locus perperam est adductus, et uidetur TRISTANVS deceptus fuisse Latina Auctoris uersione, ubi uerba *Photii* de ZENOBIA, quod missa paganorum impietate Iudaeorum ritus probauerit, narrantis, contra fidem Graeci textus, ad Odenatum, de quo paullo ante ibi fuerat sermo, referuntur. conf. in edit. SCHOTTI pagina a *Tristano* citata.

10) *Annal. Ecclesiast.* T. 2. ad an 291.

BENIVS, [11]) qui ZENOBIAM *Christianam* adpellat, sed *malum nactam instructorem Paullum Samosatenum.* Aſt, neque Paullo illi haeretico, neque finceriori Chriſtiano alii ita dedita fuiſſe uidetur ZENOBIA, ut eius ſenſa comprobaret, et antiqui Scriptores plurimi S. ATHANASIVS, [12]) PHOTIVS, [13]) ABVLFARAIVS, [14]) alii, in eo conſentiunt, Imperatricem relicto profano deorum cultu ad Iudaeorum religionem acceſſiſſe, quin et ipſe, quem modo excitauimus NICEPHORVS [15]) eam τὰ Ἰουδαίων φρονοῦσαν adpellat. Quo uero auctore, et quibus rationibus, ad id conſilium inducta fuerit ZENOBIA ut Iudaeorum ſacra amplecteretur, haud facile definiet quisquam. Nam quae narrat PHILASTRIVS [16]) ZENOBIAM a Paullo Samoſateno, homine Iudaeis patrocinante et circumciſionem, aliosque ritus Moſaicos urgente, ad Iudaeorum ſacra fuiſſe transductam, ea quippe plane abſona merito exploduntur. Si tamen in re incerta et ſubobſcura aliquid pronunciandum eſt, quaedam CHRISTOPH. CELLARII uerba [17]) rei, quam cupimus, aliquam lucem adfundere poſſe uidentur. Ille enim demonſtraturus probabile eſſe, quod ZENOBIA religione Iudaea fuerit, ait: *Iis temporibus*

11) In *Annal. Carniolae* Part. III. p. 195.

12) Illuſtrem locum ex ſancti patris *Epiſtolis ad ſolitar. uit. agent.* excitauimus p. 21. h. diſſ.

13) *Biblioth.* Cod. 265. p. 1469. edit. SCHOTTI ait de Longino Ἐπὶ Κλαυδίου δὲ οὗτος ἤκμαζε. καὶ τὰ πολλὰ συνηγωίζετο ZHNOBIA τῇ τῶν Ὀσροηνῶν Βασιλίδι τὴν ἀρχὴν κατεχούσῃ. Ὁθενπερ καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος ἦν καὶ μεταβαλεῖν εἰς τὰ Ἰουδαίων ἤθη ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας, παλαιὸς ἀναγράφει λόγος.

14) *Verſ.* POCOKII p. 81. conf. PAGI *diſſ. hypatica* et TILLEMONTIVS *Hiſt. des Emper.* T. III. p. 210.

15) loco n. 3. h. §. ſcripto.

16) *De Haereſibus* cap. LXV. De Paullo Samoſateno: *Hic Chriſtum hominem iuſtum non deum uerum praedicabat, iudaizans potius, qui et circumciſionem docebat, unde et* ZENOBIAM *quandam reginam in Oriente, tunc temporis ipſe docuit iudaizare.*

17) Diſſert. *de Imperio Palmyreno* §. XXVI.

bus fuit, quibus deorum cultus pedetentim contemni, Chriſtiani autem ritus propagari coeperunt. Fieri itaque potuit, ut nec Chriſtiana eſſet, neque, ut plurimi, deorum cultrix, ſed ſi Aegyptus uel genuit ipſam uel proximos etiam maiores, in Iudaeorum ſenſus inclinaret, qui multi et celebres in Aegypto illis temporibus erant. Etſi uero ZENOBIA eiusmodi gentis ſacra ſequebatur, quae in eos, qui ab ipſius doctrinis ſeceſſionem faciunt, data premendi facultate plerumque iniqua eſſe ſolet, tamen in Chriſtianos ciues nihil crudele umquam ſtatuit, et multa potius in illos clementia uſa, benigne eosdem fouit. [18]) Quare de temporis, quo Conſtantius Imp. clauſa ſinceris Chriſtianis templa Arrianis aperuit, infelicitate conqueſtus S. ATHANASIVS [19]) laudat hanc bonae mentis uirtutem, qua ZENOBIA religionis cauſſa Chriſtianorum preſſerit neminem, et illius, quam ipſa profitebatur, religionis propagandae non adeo ſtudioſa, Chriſtianorum templa Iudaeorum uſui nequaquam conceſſerit.

§. VIII.

ZENOBIAE *maritus* ODENATVS, *princeps Palmyrenus. Feſſis imperii Rom. ſub Gallieno Imp. uiribus rerum in Oriente opera in primis* ZENOBIAE *reſtitutor. Perſae ab eo ſaepius deuicti. Quietus et Baliſta deleti. Ipſe mox Auguſtus adpellatus, legitimus Imperator Rom. Vltimum per inſidias Maeonii interfectus. Caedis conſcia* ZENOBIA *falſo credita.*

Hanc adeo eximiis muneribus, quas natura pariter atque ars tribuerant, fulgentem feminam in matrimonium duxerat SEPTIMIVS, [1]) ODENATVS, [2]) *princeps Palmyrenus*

18) Rem narrat cum epicriſi SELLERVS p. 86. *She was a Hater of Perſecution, though ſhe were a New Convert, (and ſuch Perſons are generally very warm, and acted by an extraordinary Zeal,) and though ſhe was of a Religion whoſe Proſelytes have always been Haters of all who differ from them in Principles.*

19) vid. n. 5. p. 21. h. diſſ.

1) In Numiſmatibus quidem ſolum *Odenati* nomen deprehenditur, vid.

renus,[3]) de cuius rebus gestis, quia harum quoque partem sibi uindicat ZENOBIA, intelligimus, quaedam ex ueterum monu-

vid. BANDVRIVS *Numism. Imp. Rom. Vol.* I. p. 282. Sed in illustri quadam Inscriptione Palmyrena, quam infra exhibemus, Septimium nomen ei superadditum legitur. Etsi enim ille *Septimius Odenatus*, quem haec prodit inscriptio, ibi ὁ λαμπρότατος συγκλητικὸς *Senator eminentissimus* adpelletur, hunc tamen eundem esse, qui postea Augustam obtinuit dignitatem, docuit SELLERVS *Append. Antiq. of. Palm.* c. V. p. 275.

2) Nomen *Odenati* varie a Graecis scribitur. Οδαναθος est apud *Zosimum*, Οδιναθος est *Zonarae*, *Syncello*, *Agathiae*. Οδαιναθος legitur in Inscriptionibus Palmyrenis et in LIBANII *Epist.* ΟΑΗΝΑΘΟΣ habent numi. vid. BANDVRIVS c. l. Latine *Odenatus* scribitur in edit. *Orosii* et *Script. Hist. Aug.* sine adspiratione h, quam tamen retinent alii. vid. CASAVBONVS in *Treb. Poll. Odenatum* pag. 298. CELLARIVS in not. ad *Zosimi* L. I. c. XXXVIIII. et in diss. *de Imperio Palm.* §. XIII. MALALA p. 392. vocat *Enathum*. Quod SELLERO obseruationem peperit, quam BANDVRIVS in *Biblioth. Num. Vol.* I. *Numism. Impp.* ab ipso uulgatorum praemissa p. 65. vocat nimis singularem. Putat scilicet Vir doctus Enathum et Ignatium unum idemque esse nomen, cumque in numis apud PATINVM p. 413. PVBLIVS LICINIVS IGNATIVS GALLIENVS legatur, credit, Gallienum, Ignatii nomen in honorem Odenati adsumsisse *Antiq. of. Palm.* p. 194. Ceterum hoc nomen videtur esse Syriacum nec adeo infrequens. Nam ut omittam alios, apud quos occurrit, iam uno SVIDA utar, qui *uoc.* Οδαίναθος ἀπὸ Συρίας huius adpellationis laudat quendam de schola Plutarchi Philosophum.

3) Mirifice in describenda dignitate Odenati uariant auctores. Quando uiri mentionem facit OROSIVS *Hist.* L. VII. c. XXII. tantum, et nescio an per contemtum, ait: *Odenatus quidam* ZOSIMVS L. I. c. XXXVIIII. ἄνδρα Παλμυρηνὸν adpellat quod LEVNCLAVIVS per *municipem Palmyrenam* reddidit. AGATHIAS L. IV. p. 129. de eo loquitur tanquam homine obscuro, et ante reportatas de Persis uictorias incognito, ἀνήρ, inquit, ἀφανὴς καὶ ἄγνωτος. Quod tamen facile refellitur uerbis ZOSIMI, qui c. l. statim addit quod dudum illustris et Romanis cognitus fuerit. Recentiores Graeci scriptores ei plerumque in Saracenos, eos puto, qui Euphraten adcolebant, potestatem quandam tribuunt. Ita PROCOPIVS *Bell. Pers.* L II. c. V. ἄρχων s. *principem Saracenorum* dicit, IOANNES vero MALALA p. 392. βασιλέα Σαρακηνῶν βαρβάρων adpellat. Rectius SEXTVS RVFVS p. 544. edit. HAV. et qui hunc sequitur HIERONYMVS in *Chron. Euseb. Decurionem Palmyrenum* uocant. Etsi enim decurionis uoce, sane latissima, uaria dignitatum genera designari queant, tamen dubium non est, quin illi, quod etiam SELLERVS putat, p. 42 *Buleutae*, seu senatoris nobis prodere uelint dignitatem, quam inscriptio-

monumentis hic nobis esse repetenda. Docet inscriptio quaedam Palmyrena Odenati maiores, [4]) et quamquam ibi quales illi fuerint, et, quos in re publica honores gesserint, proditum non est, haud infimae tamen dignitatis homines fuisse eos, sed tales, qui inter principes uiros ab Imperatoribus Rom. censi fuerint, et diuersis honorum generibus ab illis adfecti, scriptum reliquit ZOSIMVS. [5]) Quaecumque autem fuerit haec maiorum gloria, eam tamen Odenatus longe superauit uirtutibus, [6]) quae, quum obscurari non possent, accidit, ut breui tempore illustraretur. Itaque

scriptiones Palmyrenae passim Odenato tribuunt. *uid. not. seq.* et quae de buleutae apud Palmyrenos dignitate multo lectionis adparatu commentatur SELLERVS *Append.* p. 204. seqq. Horum uero buleutarum quum facile princeps et praecipuus fuerit Odenatus antequam ad summum αὐτοκράτορος fastigium perueniret, ideo a ZONARA, qui antiquos plerumque sequitur scriptores, ἡγεμονεύων *praefectus Palmyrenorum* p. 237. uol. 2. et a POLLIONE in *uita Oden.* p. 298. *Princeps Palmyrenus* adpellatur.

4) Est haec inscriptio primariarum una Palmyrae lectarum, quae exstat *Transact. Philos. Vol.* XVIIII. p. 88. et in *Monum. Palmyr.* a TH. SMITHIO editis. p. 7. apud SELLERVM uero in *App.* primo statim loco exhibetur p. 163. huius tenoris: ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΤΟΥ ΤΑΦΕΩΝΟΣ ΕΚΤΙΣΕ ΕΞ ΙΔΙΩΝ CΕΠΤΙΜΙΟΣ ΟΔΑΙΝΑΘΟΣ Ο ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ ΣΥΓΚΛΗΤΙΚΟΣ ΑΙΡΑΝΟΥ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟΥ ΤΟΥ ΝΑΣΩΡΟΥ ΑΥΤΩ ΤΕ ΚΑΙ ΗΟΙΣ ΑΤΟΥ ΚΑΙ ΗΩΝΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΝΤΕΛΕΣ ΑΙΩΝΙΟΝ ΤΕΛΜΗΝ. Et sic intelligitur Odenati patrem adpellatum fuisse, Airanem auum Vaballathum proauum Nasorum. Deinde, quia cuncta haec maiorum Odenati nomina sunt Syriaca, inde non leuis de patria eius coniectura effici posse uidetur.

5) *Hist.* L. I. c. XXXVIII. Nam postquam de Gallieni negligentia conquestus fuerat Historicus, ait de imperatore: Τοῖς δὲ περὶ τὴν ἰώαν πράγμασιν ὄσιν ἐν ἀπογνώσει βοηθεῖν Ὀδάναθον ἔταξεν, ἄνδρα Παλμυρηνόν, καὶ ἐκ προγόνων τῆς παρὰ τῶν βασιλέων ἀξιωθέντα τιμῆς.

6) De Odenati fortitudine praeclarum legitur testimonium apud POLLIONEM in *Trig. Tyr.* p. 299. vbi etiam narrat, qua ratione ille adhuc iuuenis corpus exercuerit. Nam ait de Odenato: *Vir acer in bellis, et quantum plerique scriptores loquuntur, uenatu memorabili semper inclutus, qui a prima aetate capiendis leonibus et pardis, ursis ceterisque siluestribus animalibus, sudorem officii uirilis impendit, quique semper in siluis et montibus uixit,*

que *honoribus* antea in urbe Palmyrenorum geſtis, et am*pliſſima* Senatoris dignitate auctus, [7]) ultimum rei publicae *ſummam* tenuit, tantaque deinceps perfecit, quanta uix ab uno homine exſpectamus. De his uero non uidemur, quod certam formam habeat, quidquam adferre poſſe, niſi antea, qui tum fuit, imperii Romani ſtatum delineauerimus. Scilicet Valerianus eiusque filius Gallienus purpuram ſumſerant, quum res Romana in Oriente, quae iam a Gordiani Imp. tempore labaſcere coeperat, magis magisque caderet, et Perſae ibi cuncta deuaſtarent, Scythae uero Romanos fines undiquaque *inua*dentes depopularentur. His turbis ODENATVS, uir fortis, et qui non niſi magna ſpirabat, implicitus, egregiam amplificandi imperii ſui occaſionem ſibi datam exiſtimabat, ideoque inita cum Perſis ſocietate, Romanis, impellente in primis Cyriade, bellum inferebat. [8]) Sed

uixit, perferens calorem, pluuias et omnia mala, quae in ſe continent uenatoriae uoluptates: quibus duratus, ſolem ac puluerem in bellis Perſicis tulit.

7) Geſſiſſe hanc dignitatem Odenatum ante quam a Gallieno in ſocietatem Rom. imperii cooptaretur, docet illa *Inſcript.* Gr. quam *not.* 4. *b.* § exhibemus, et habuiſſe quoque in ſenatoria dignitate collegam, filium Airanen, itidem intelligitur ex alia Inſcriptione Palmyrena, quam exhibet et interpretatur SELLERVS *Append.* p. 339. ubi legitur: CEПTIMION AIPANHN ODAINAΘOY TON ΛAMПPOTATON CYГKΛHTIKON.

8) Videtur Odenatus quum tempeſtate Decii et Voluſiani Imp. Perſae Meſopotamia Syriaque occupata in Oriente late praedam agerent, tutius conſultiusque exiſtimaſſe non reſiſtere tantae potentiae, et potius uictori populo ſe adſociare. Certe ſocium Perſarum fuiſſe Odenatum antequam Valerianus in Orientem proficiſceretur, POLLIO indicare uidetur, qui narrans de Cyriade quod Saporem ad inferendum Romanis bellum ſollicitauerit, addit ab eo antea quoque Odenatum ad Perſarum partes transductum. Verba eius haec ſunt: in *uita Cyriadis* p. 256. *Hic -- direpta maga parte auri, argenti etiam infinito pondere, Perſas petiit: atque inde Sapori regi coniunctus atque ſociatus, quum hortator belli Romanis inferendi fuiſſet, Odenatum primum, deinde Saporem ad Romanum ſolum traxit; Antiochia etiam capta et Caeſarea, Caeſarianum nomen accepit.* Initum hoc cum Perſis foedus ſecundo Valeriani anno putat TRISTANVS

Sed quum eo tempore Valerianus Rom. Imp. cum ingenti exercitu in Scythas, qui Chalcedone occupata, Nicea deleta celebratiſſimum, quod Epheſi erat, Dianae templum exuſtum dirutumque perdiderant, expeditionem ſuſciperet, et inde in Perſas moueret, Odenatus multa illa maximaque beneficia, quibus maiores ab imperatoribus Romanis adfecti fuerant [9]) memoria repetens, relictis, cum quibus antea foedus inierat, mox Romanis adhaeſit, et de illis ita deinceps meruit, ut imperium ab eo reſtitutum in Oriente faterentur. [10]) Etſi enim capto poſt a Perſis VALERIANO [11]) Romanas partes, quod Perſas Romanos in Oriente uiribus longe

STANVS *Comment. Hiſtoriq.* T. III. p. 25. ſed negat rem omnem et *Odomaſten* quendam in cit. POLLIONIS loco legit SALMASIVS in *notis* ad *hiſt. Cyriad.* p. 257. cuius tamen dubitandi rationes adcurate diluit SELLERVS *Antiq. of. Palm.* p. 51.

9) Conf. illuſtrem ZOSIMI locum *not. 5. b.* §. adſcriptum.

10) POLLIO ſub initium *uit. Odenati.* p. 298. *Niſi Odenatus princeps Palmyrenus, capto Valeriano, feſſis Rom. Reip. uiribus ſumſiſſet imperium, in Oriente res perditae eſſent.*

11) Qua ratione id acciderit, ut *P. Licinius Valerianus Imp.* in Perſarum manus ueniret, et ubi captus ſit, diſſenſus multus eſt. TREBELLIVS POLLIO in *uit. Valer.* c. III. *Victum*, ait, *ductu cuiusdam ducis ſui, ſeu fraude ſeu aduerſa fortuna*, ad quem locum omnino conf. quae in notis caſtigat SALMASIVS, p. 179. AVREL. VICT. *Epit, in Meſopotamia ſuperatum, mox etiam captum*, dicit. ZONARVS T. II. p. 234. apud *Edeſſam* in pugna captum memorat. Addit idem *Hiſtoricus* alium rumorem, ſeditione militum orta, ne ab iis interficeretur ad Perſas ultro profugiſſe Valerianum. ABVLFARAIVS *Babylonem* a Perſis abductum ſcribit *Dynaſt.* VII. p. 128. CEDRENVS p. 212. *Caeſaream* Cappadociae nominat locum infelicitatis Romani. ZOSIMVS L. I. c. XXXVI. narrat, Imperatorem, poſtquam in deſerta loca adduxiſſet milites, attritis copiis data pecunia bello finem imponere uoluiſſe, et eo nomine ad Saporem legatos miſiſſe, hunc uero, ut imperator ipſe in colloquium ueniret, poſtulaſſe, cui quum imprudenter ſe credidiſſet, ab hoſte captum fuiſſe. uid. PET. PATRICII *Eclog. Legat.* p. 29. TILLEMONT *Hiſt. des Emp. Tom.* III. p. 737. Sed quoquo modo captus fuit, illud omnino certiſſimum eſt, hanc infelicitatem Imperatoris *Romano nomini perniciosum* et *pene exitiabile imperium* effeciſſe, ut ait EVTROPIVS L. VIIII. c. VII.

ge *antecedere* ſentiret, deſerere decreuiſſet, idque miſſis ad *Saporem*, Perſarum regem, litteris ſignificaſſet, [12]) tamen, *quum ob easdem* litteras ſe in offenſam Barbari ueniſſe didiciſſet, ſtatim de nulla re magis, quam de liberando, [13]) qui in ſeruitute tenebatur, Valeriano, cogitauit. [14]) Nec diu ei quaerenda erat premendi Saporis occaſio, quia regem e Syria et Cilicia cum ingenti praeda uenire Perſidemque ſuam repetere uelle ei nuntiabatur. Hunc igitur collecto ſtatim agreſtium manu, [15]) quum per difficilem uallem

12) Refert hoc PETRVS PATRICIVS *Ecclog. Legat.* p. 29. b. et ex illo TILLEMONTIVS c. lib. p. 950. ubi ait de Odenato: *Cet homme deſtiné de Dieu pour humilier l'orgueil de Sapor, eſtoit demeuré comme inconnu juſqu'a la priſe de Valerien. Cette priſe vendant, Sapor redoutable à tout le monde, Odenat pour le gagner, luy écriuit une lettre fort reſpectueuſe, ou il luy proteſtoit qu'il n'auoit jamais rien fait contre les Perſes et il luy enuoya en meſme temps pluſieurs chameaux chargez de preſens tres riches, et de diverſts choſes, qui ne ſont pas communes dans la Perſe. Sapor, oubliant que les plus grands ont beſoin des plus petits, trouva que c'eſtoit une inſolence à un homme ſi peu conſiderable de luy auoir oſé ecrire, au lieu de venir luy meſme, déchira ſa lettre, ordonna de jetter ſes preſens dans la riviere, et dit à ſes deputez qu'il luy apprendroit comment un homme fait comme luy deuoit traitter avec ſon maiſtre; qu'il extermineroit et luy, et ſa famille, et ſa patrie, et que s'il vouloit obtenir un chaſtiment moins rigoureux, il vint ſe proſterner à ſes pieds es mains liecs derriere le dos.*

13) POLLIO Gallien. c. X. p. 211. *Quum nihil aliud ageret niſi ut Valerianum Odenatus liberaret, inſtabat quotidie, ac locorum difficultatibus in alieno ſolo imperator optimus laborabat.*

14) Conſtat nimis dure Valerianum in captiuitate fuiſſe habitum ac ſi mancipium uiliſſimum eſſet. Seruitutem eius, qua apud Perſas conſenuit, *ignobilem*, *ignominioſiſſimam*, et *extremam* adpellant hiſtoriarum conditores, et referunt Perſarum regem, pedem ſuper dorſum eius impoſuiſſe quoties uel equum uel uehiculum eſſet conſcenſurus. uid. OROSIVS VII. c. XXII. p. 517. *edit. Hauerc.* VICTOR. *Epitom.* c. XXXXVI. LACTANTIVS de *Mort. Perſec.* c. V. p. 1380. edit. BÜNEM.

15) Multa inter eruditos quaeſtio fuit, quinam tandem hi fuerint *agreſtes*. Ait SEXTVS RVFVS c. XXIII. Odenatum *collecta Syrorum agreſtium manu* Perſis reſtitiſſe et OROSIVS c. l. dicit per Odenatum *collecta agreſti manu, victos repulſosque Perſas:* Et paucis interiectis: *Vſque ad Cteſiphontem ruſticani Syriae cum Odenato ſuo uincendo uenerunt.* IO. MALALA in loco, quem paullo infra

in Camagenenſi regione exercitum duceret, tale nihil metuentem in uia adortus, magna caede facta, fudit, [16]) nec multo poſt maiorem ulciſcendae iniuriae facultatem obtinuit. [17]) Nam captiui imperatoris filius et imperii auguſtaeque

fra excitabimus, ἀγρικὸς adpellat iſtos homines, qui aliis ἀγρίωται dicuntur. Poſſet quis ruricolas et agrorum cultores intelligere. Sed obſeruat IO. SCALIGER ad *Euſebium* p. 237. Agreſtium nomine in Syria notum fuiſſe genus hominum montanum, imperii impatiens, uagando et latrocinando uitam tolerans. Videntur itaque agreſtes illi tales fuiſſe cuiusmodi hodie Banduri, Waraſdini, Tolpatſchii habentur, qui his ipſis diebus pro ſalute reginae Hungariae pugnantes, innotuerunt. Hos homines ZENOBIA in *Epiſt. ad Aurel.* apud VOPISCVM in *uit. Aurel.* c. XXVII. *latrones Syros* nominat, quos tumultuarios milites, quia omnia habent uenalia, ſpe praedae facta aut mercede promiſſa, hoc, quo maturato opus erat, tempore facile colligere potuit Odenatus, quum auctore conſilii ZENOBIA Saporem ex improuiſo adgrederetur. In altera uero contra Perſas expeditione, quam iuſſu Gallieni ſuſcepit Odenatus, melioribus copiis inſtructus et Romanis militibus ex Syriae praeſidiis uſus fuit. Narrat enim ZOSIMVS Hiſt. L. I. c. XXXVIIII. τοῖς ἀυτόθι λελειμμένοις στρατοπέδοις δύναμιν ἀναμίξας ὅτι πλείστην ἰκείαν contra Saporem ſit profectus. Et ſic adparet ratio cur haec de agreſtibus loca ad primam Odenati expeditionem referenda cenſeamus. Alii aliter has diuidunt expeditiones, quod n. 27. h. §. docemus, nos uero TILLEMONTIVM in primis ſequimur, qui, uti alias, ita et in Odenati hiſtoria multam iudicii vim attulit, et praeceteris hic adcurate definiuit.

16) Eo tempore adeo feliciter res ſucceſſit Odenato, ut in ingens periculum adduceret Perſam. Refert ZONARAS *uit. Val.* p. 132. T. II. Saporem ad profundam uallem redactum, per quem tranſitus non patuerit, captiuos interfici et in uallem abiici iuſſiſſe, et ſic complanata ualle per cadauera traduxiſſe. conf. AGATHIAS L. IIII. p. 134. Ad haec etiam tempora puto referenda eſſe, quae in PETRI PATRICII *Excerpt. Conſtant.* p. 25. legimus, exercitus Perſicos, qui in Meſopotamia remanſerant, poſtquam tandem magno in diſcrimine Sapor Euphraten traieciſſet, ſibi inuicem fuiſſe congratulatos, quod commilitones maximis ſe periculis expediuiſſent. Sane adeo magnus tunc terror inuaſerat Perſas, ut ſumma cum feſtinatione patriam repeterent, et narrat *idem auctor* Saporem, tandem eluctatum, et per agrum Edeſſenorum cum exercitu proficiſcentem, Romanis, qui in praeſidiis Edeſſae erant, ne ſibi impedimento eſſent, omnem de Syriae ſpoliis pecuniam obtuliſſe. *mid.* SYNCELLVS. p. 382.

17) Ad hanc primam Odenati in Perſas expeditionem referenda uidentur, quae narrat DOMNINVS apud IOAN. MALALAM *Hiſt. chron.* P. 391.

que dignitatis consors, PVBL. LICIN. GALLIENVS, imperator satis ridiculus [18]) ad quem liberandi Valeriani officium in primis spectabat, huius potius captiuitate supra modum laetatus, [19]) animi, nescio quo, abrepti specimina edebat

 pluri-

39 [illegible]. 92. et quamquam illa miris incrustata fabulis sunt, tamen uerum inde elicere facile poterit, qui ex melioribus auctoribus illam cognitam habet historiam, quae huic narrationi praebuit natales. Refert scil. ANTIOCHENVS Saporem ingentibus instructum copiis per uniuersum Orientem stans comburensque omnia Emisamque fuisse grassatum. Ibi uero Sampsigeramum, Veneris Sacerdotem, rustica fundatorum manu stipatum, regi obuiam processisse, seque pro patria legatum uenire dixisse. Interea dum Sapor cum ipso sermones habuerit, ex rusticis quidam uibrato in regem lapide fronte eum percussisse, quo cognito exercitus persicos, Romanos uenire existimantes, in fugam se coniecisse, Sampsigeramo cum turba sua rustica eos deinceps persequente. Per limites uero redeuntes illos adortum esse ENATHVM, Romanorum socium, *regem barbarorum Saracenorum*, qui uxorem habuerit ZENOBIAM, et Persarum copias omnes profligasse. Addit deinde idem *Malala* aliam ex PHILOSTRATO narrationem, quae itidem hanc Odenati designat expeditionem atque cum Domnini illa conciliari possit, etsi, quae Domninus habet, *Malalae* ueriora uideantur. Tradit nempe eo tempore Antiochiam, Nicopolin, item Ciliciam eiusque urbes, incendio deuastasse Saporem, sed Persiden suam per Cappadociam repetenti, ei ceu belli socium obuiam processisse Enathum, Saracenorum regem, tandemque eum interfecisse. *Chronograph.* p. 393. *edit. Oxon.*

18) De socordia et ignauia Gallieni ubique querelae apud Romanos scripores, quae iam non uacat adscribere. Haud tamen desunt, qui non adeo contemnendum Gallienum arbitrantur. De qua re multo uerius iudicandi habituri essemus facultatem, si CALPVRNIVS SVRA adhuc superesset, quem *Ephimerides uitae Gallieni* composuisse POLLIO sub finem *uitae Gallieni* memorat, et de quo G. I. VOSSIVS de *Hist. Lat.* L. II. §. 4. aut EPHORI CVMENI XXVII. *Libri historiae Gallieni*, quos laudat SVIDAS, aetatem tulissent, de quibus iterum *cf.* VOSSIVS de *Hist. Gr.* L. II. c. 16. Inter ea uideri possunt de Imperatoris laude pariter ac uituperio V. CL. CHRIST. GOTTL. SCHWARTZIVS *Miscell. Polit. humanit.* c. I. §. 7. et TILLEMONTIVS *Hist. des Emper.* p. 929. seq. T. III. qui etiam de damnis ex Gallieni negligentia in rem Romanam redundantibus adcurate, ut solet, commentatur *c. l.* p. 934. seq.

19) TREBELLIVS POLLIO in *Gallien. uit.* c. I. p. 188. *Gallienus comperta patris captiuitate gaudebat, uagabantur exercitus, murmurabant duces.* et p. 192. scribit: *Quum plerique patris eius captiuitatem moererent, ille specie decoris, quod pater eius uirtutis studio deceptus uideretur. supra modum laetatus est. Constabat autem censuram parentis eum ferre non potuisse, uotiuumque illi fuisse, quod immi-*

buisse natales, et putat potius *Vir doctus*, Patriarcham, ut placeret ZENOBIAE, ad Iudaeorum sensa inclinanti, notum illum errorem errrasse, atque de Christo humiliter, ut ait ZONARAS, [7]) docuisse. Et profecto, quia constat, ZENOBIAM in disputandi arte mirifice excelluisse, simulque perfectam controuersiarum intelligentiam habuisse, [8]) omnino potuit ab ea aliquantisper uinci aut in nec opinatum errorem adduci Samosatenus. Interea recentiores nonnulli ZENOBIAM Christianam fuisse omnino arbitrantur. Ita IOANNES TRISTANVS [9]) in ea est sententia, quod nonsolum ipsa Christo nomen dederit ZENOBIA, sed etiam Odenatum maritum ad Christum reduxerit, in quo negotio plurimum sine dubio Paulli Samosateni industriae debeatur. Credit etiam CAESAR BARONIVS [10]) uerae et unice salutaris doctrinae alumnam fuisse ZENOBIAM suaeque sententiae inter Pontificios sectatores habet plurimos, e quibus in praesenti tempore unum tantum exempli caussa excitabo. *Is est* IO. LVDOVICVS SCHOENLEBENI-

7) In vita *Gallieni* sub fin. p. 237. T. II. ed. CAR. DV FRESNE.

8) Vid. SYNCELLVS p. 384. TRISTANVS T. 3. p. 204.

9) *Comment. Historiq. des Emper.* T. III. Commentaire 41. p. 203. inquit: *Ce qui a rencontré avec, ce que je trouve dans Photius en son Discours de Demosthené* p. 1470. *être remarque par luy, que plusieurs avoient estimé, qu' Odenatus ayant quitté l' Idololatrie s' etoit fait Juif: ce qui apparemment etoit arrivé par la persuasion de* ZENOBIA. *Voire il y a lieu de croïre que l' un et l' autre etoient Chretiens, comme y ayants été instruits par Paulus Samosatenus, cy devant nommé qui etoit Eveque d' Antioche, mais en sorte toutefois qu' il y avoit beaucoup de meslange du Iudaisme en leur croïance*, etc. Sed haec peregregie, si deo placet, dicta, omni fundamento destituuntur nec ullo modo adfirmari poterunt. PHOTII autem locus perperam est adductus, et uidetur TRISTANVS deceptus fuisse Latina Auctoris uersione, ubi uerba *Photii* de ZENOBIA, quod missa paganorum impietate Iudaeorum ritus probauerit, narrantis, contra fidem Graeci textus, ad Odenatum, de quo paullo ante ibi fuerat sermo, referuntur. conf. in edit. SCHOTTI pagina a *Tristano* citata.

10) *Annal. Ecclesiast.* T. 2. ad an 291.

BENIVS, [11]) qui ZENOBIAM *Christianam* adpellat, sed *malum nactam institutorem Paullum Samosatenum.* Aſt, neque Paullo illi haeretico, neque finceriori Chriſtiano alii ita dedita fuiſſe uidetur ZENOBIA, ut eius ſenſa comprobaret, et antiqui Scriptores plurimi S. ATHANASIVS, [12]) PHOTIVS, [13]) ABVLFARAIVS, [14]) alii, in eo conſentiunt, Imperatricem relicto profano deorum cultu ad Iudaeorum religionem acceſſiſſe, quin et ipſe, quem modo excitauimus NICEPHORVS [15]) eam τὰ Ἰουδαίων φρονῆσαν adpellat. Quo uero auctore, et quibus rationibus, ad id conſilium inducta fuerit ZENOBIA ut Iudaeorum ſacra amplecteretur, haud facile definiet quisquam. Nam quae narrat PHILASTRIVS [16]) ZENOBIAM a Paullo Samoſateno, homine Iudaeis patrocinante et circumciſionem, aliosque ritus Moſaicos urgente, ad Iudaeorum ſacra fuiſſe transductam, ea quippe plane abſona merito exploduntur. Si tamen in re incerta et ſubobſcura aliquid pronunciandum eſt, quaedam CHRISTOPH. CELLARII uerba [17]) rei, quam cupimus, aliquam lucem adfundere poſſe uidentur. Ille enim demonſtraturus probabile eſſe, quod ZENOBIA religione Iudaea fuerit, ait: *Iis temporibus*

11) In *Annal. Carniolae* Part. III. p. 195.

12) Illuſtrem locum ex ſancti patris *Epiſtolis ad ſolitar. uit. agent.* excitauimus p. 21. h. diſſ.

13) *Biblioth.* Cod. 265. p. 1469. edit. SCHOTTI ait de Longino Ἐπὶ Κλαυδίᾳ δὲ ἔτος ἤκμαζε. καὶ τὰ πολλὰ συνηγωίζετο ZHNOBIA τῇ τῶν Ὀσροηνῶν Βασιλίδι τὴν ἀρχὴν κατεχούσῃ. Οὗ δὲ καὶ θανόντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος ἦν καὶ μεταβαλεῖν εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας, παλαιὸς ἀναγράφει λόγος.

14) *Verſ.* POCOKII p. 81. conf. PAGI *diſſ. hypatica* et TILLEMONTIVS *Hiſt. des Emper.* T. III. p. 210.

15) loco n. 3. h. §. ſcripto.

16) *De Haereſibus* cap. LXV. De Paullo Samoſateno: *Hic Chriſtum hominem iuſtum non deum uerum praedicabat, iudaizans potius, qui et circumciſionem docebat, unde et* ZENOBIAM *quandam reginam in Oriente, tunc temporis ipſe docuit iudaizare.*

17) Diſſert. *de Imperio Palmyreno* §. XXVI.

bus fuit, quibus deorum cultus paulatim contemni, Chri-
ſtiani autem ritus propagari coeperunt. Fieri itaque potuit,
ut nec Chriſtiana eſſet, neque, ut plurimi, deorum cultrix,
ſed ſi Aegyptus uel genuit ipſam uel proximos etiam maio-
res, in Iudaeorum ſenſus inclinaret, qui multi et celebres
in Aegypto illis temporibus erant. Etſi uero ZENOBIA eiusmodi gentis ſacra ſequebatur, quae in eos, qui ab ipſius doctrinis ſeceſſionem faciunt, data premendi facultate plerumque iniqua eſſe ſolet, tamen in Chriſtianos ciues nihil crudele umquam ſtatuit, et multa potius in illos clementia uſa, benigne eosdem fouit. [18]) Quare de temporis, quo Conſtantius Imp. clauſa ſinceris Chriſtianis templa Arrianis aperuit, infelicitate conqueſtus S. ATHANASIVS [19]) laudat hanc bonae mentis uirtutem, qua ZENOBIA religionis cauſſa Chriſtianorum preſſerit neminem, et illius, quam ipſa profitebatur, religionis propagandae non adeo ſtudioſa, Chriſtianorum templa Iudaeorum uſui nequaquam conceſſerit.

§. VIII.

ZENOBIAE *maritus* ODENATVS, *princeps Palmyrenus. Feſſis imperii Rom. ſub Gallieno Imp. uiribus rerum in Oriente opera in primis* ZENOBIAE *reſtitutor. Perſae ab eo ſaepius deuicti. Quietus et Baliſta deleti. Ipſe mox Auguſtus adpellatus, legitimus Imperator Rom. Vltimum per inſidias Maeonii interfectus. Caedis conſcia* ZENOBIA *falſo credita.*

Hanc adeo eximiis muneribus, quas natura pariter atque ars tribuerant, fulgentem feminam in matrimonium duxerat SEPTIMIVS, [1]) ODENATVS, [2]) *princeps Palmyrenus.*

18) Rem narrat cum epicriſi SELLERVS p. 86. *She was a Hater of Perſecution, though ſhe were a New Convert, (and ſuch Perſons are generally very warm, and acted by an extraordinary Zeal,) and though ſhe was of a Religion whoſe Proſelytes have always been Haters of all who differ from them in Principles.*

19) vid. n. 5. p. 21. h. diff.

1) In Numiſmatibus quidem ſolum *Odenati* nomen deprehenditur, vid.

renus,[3]) de cuius rebus gestis, quia harum quoque partem sibi uindicat ZENOBIA, intelligimus, quaedam ex ueterum monu-

vid. BANDVRIVS *Numism. Imp. Rom. Vol.* I. p. 282. Sed in illustri quadam Inscriptione Palmyrena, quam infra exhibemus, Septimium nomen ei superadditum legitur. Etsi enim ille *Septimius Odenatus*, quem haec prodit inscriptio, ibi ὁ λαμπρότατος συγκλητικὸς *Senator eminentissimus* adpelletur, hunc tamen eundem esse, qui postea Augustam obtinuit dignitatem, docuit SELLERVS *Append. Antiq. of. Palm.* c. V. p. 275.

2) Nomen *Odenati* varie a Graecis scribitur. Οδαναθος est apud *Zosimum*, Οδεναθος est *Zonarae*, *Syncello*, *Agathiae*. Οδαιναθος legitur in Inscriptionibus Palmyrenis et in LIBANII *Epist.* ΟΔΗΝΑΘΟΣ habent numi. vid. BANDVRIVS c. l. Latine *Odenatus* scribitur in edit. *Orosii* et *Script. Hist. Aug.* sine adspiratione h, quam tamen retinent alii. vid. CASAVBONVS in *Treb. Poll. Odenatum* pag. 298. CELLARIVS in not. ad *Zosimi* L. I. c. XXXVIIII. et in diss. *de Imperio Palm.* §. XIII. MALALA p. 392. vocat *Enathum*. Quod SELLERO obseruationem peperit, quam BANDVRIVS in *Biblioth. Num. Vol.* I. *Numism. Impp.* ab ipso uulgatorum praemissa p. 65. vocat nimis singularem. Putat scilicet Vir doctus Enathum et Ignatium vnum idemque esse nomen, cumque in numis apud PATINVM p. 413. PVBLIVS LICINIVS IGNATIVS GALLIENVS legatur, credit, Gallienum, Ignatii nomen in honorem Odenati adsumsisse *Antiq. of. Palm.* p. 194. Ceterum hoc nomen videtur esse Syriacum nec adeo infrequens. Nam ut omittam alios, apud quos occurrit, iam uno SVIDA utar, qui *uoc.* Οδαίναθος ἀπὸ Συρίας huius adpellationis laudat quendam de schola Plutarchi Philosophum.

3) Mirifice in describenda dignitate Odenati uariant auctores. Quando uiri mentionem facit OROSIVS *Hist.* L. VII. c. XXII. tantum, et nescio an per contemtum, ait: *Odenatus quidam* ZOSIMVS L. I. c. XXXVIIII. ἄνδρα Παλμυρηνὸν adpellat quod LEVNCLAVIVS per *municipem Palmyrenam* reddidit. AGATHIAS L. IV. p. 129. de eo loquitur tanquam homine obscuro, et ante reportatas de Persis uictorias incognito, ἀνὴρ, inquit, ἀφανὴς καὶ ἄγνωτος. Quod tamen facile refellitur uerbis ZOSIMI, qui c. l. statim addit quod dudum illustris et Romanis cognitus fuerit. Recentiores Graeci scriptores ei plerumque in Saracenos, eos puto, qui Euphraten adcolebant, potestatem quandam tribuunt. Ita PROCOPIVS *Bell. Pers.* L II. c. V. ἄρχων s. *principem Saracenorum* dicit, IOANNES vero MALALA p. 392. βασιλέα Σαρακηνῶν βαρβάρων adpellat. Rectius SEXTVS RVFVS p. 544. edit. HAV. et qui hunc sequitur HIERONYMVS in *Chron. Euseb. Decurionem Palmyrenum* uocant. Etsi enim decurionis uoce, sane latissima, uaria dignitatum genera designari queant, tamen dubium non est, quin illi, quod etiam SELLERVS putat, p. 42. *Bulentae*, seu senatoris nobis prodere uelint dignitatem, quam inscriptio-

monumentis hic nobis esse repetenda. Docet inscriptio quaedam Palmyrena Odenati maiores, 4) et quamquam ibi quales illi fuerint, et, quos in re publica honores gesserint, proditum non est, haud infimae tamen dignitatis homines fuisse eos, sed tales, qui inter principes uiros ab Imperatoribus Rom. censi fuerint, et diuersis honorum generibus ab illis adfecti, scriptum reliquit ZOSIMVS. 5) Quaecunque autem fuerit haec maiorum gloria, eam tamen Odenatus longe superauit uirtutibus, 6) quae, quum obscurari non possent, accidit, ut breui tempore illustraretur. Itaque

scriptiones Palmyrenae passim Odenato tribuunt. *uid. not. seq.* et quae de buleutae apud Palmyrenos dignitate multo lectionis adparatu commentatur SELLERVS *Append.* p. 204. seqq. Horum uero buleutarum quum facile princeps et praecipuus fuerit Odenatus antequam ad summum αὐτοκράτορος fastigium perueniret, ideo a ZONARA, qui antiquos plerumque sequitur scriptores, ἡγεμονεύων *praefectus Palmyrenorum* p. 237. uol. 2. et a POLLIONE in *uita Oden.* p. 298. *Princeps Palmyrenus* adpellatur.

4) Est haec inscriptio primariarum una Palmyrae lectarum, quae exstat *Transact. Philos. Vol.* XVIIII. p. 88. et in *Monum. Palmyr.* a TH. SMITHIO editis. p. 7. apud SELLERVM uero in *App.* primo statim loco exhibetur p. 163. huius tenoris: ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΤΟΥ ΤΑΦΕΩΝΟΣ ΕΚΤΙΣΕ ΕΞ ΙΔΙΩΝ CΕΠΤΙΜΙΟΣ ΟΔΑΙΝΑΘΟΣ Ο ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ ΣΥΓΚΛΗΤΙΚΟΣ ΑΙΡΑΝΟΥ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟΥ ΤΟΥ ΝΑΣΩΡΟΥ ΑΥΤΩ ΤΕ ΚΑΙ ΗΟΙΣ ΑΤΟΥ ΚΑΙ ΗΩΝΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΝΤΕΑΕΣ ΑΙΩΝΙΟΝ ΤΕΛΜΗΝ. Et sic intelligitur Odenati patrem adpellatum fuisse, Airanem auum Vaballathum proauum Nasorum. Deinde, quia cuncta haec maiorum Odenati nomina sunt Syriaca, inde non leuis de patria eius coniectura effici posse uidetur.

5) *Hist.* L. I. c. XXXVIII. Nam postquam de Gallieni negligentia conquestus fuerat Historicus, ait de imperatore: Τοῖς δὲ περὶ τὸν ἑαυτοῦ Ὀδάναθον τάξιν, ἀνδρὰ Παλμυρηνόν, καὶ ἐκ προγόνων τῶν παρὰ τοῖς βαρβάροις ἀξιωθέντα τιμῆς.

6) De Odenati fortitudine praeclarum legitur testimonium apud POLLIONEM in *Trig. Tyr.* p. 299. vbi etiam narrat, qua ratione ille adhuc iuuenis corpus exercuerit. Nam ait de Odenato: *Vir acer in bellis, et quantum plerique scriptores loquuntur, uenator memorabili semper inclutus, qui a prima aetate capiendis leonibus et pardis, ursis ceterisque siluestribus animalibus, sudorem officii uirilis impendit, quique semper in siluis et montibus uixit,*

que honoribus antea in urbe Palmyrenorum geſtis, et ampliſſima Senatoris dignitate auctus, [7]) ultimum rei publicae ſummam tenuit, tantaque deinceps perfecit, quanta uix ab uno homine exſpectamus. De his uero non uidemur, quod certam formam habeat, quidquam adferre poſſe, niſi antea, qui tum fuit, imperii Romani ſtatum delineauerimus. Scilicet Valerianus eiusque filius Gallienus purpuram ſumſerant, quum res Romana in Oriente, quae iam a Gordiani Imp. tempore labaſcere coeperat, magis magisque caderet, et Perſae ibi cuncta deuaſtarent, Scythae uero Romanos fines undiquaque inuadentes depopularentur. His turbis ODENATVS, uir fortis, et qui non niſi magna ſpirabat, implicitus, egregiam amplificandi imperii ſui occaſionem ſibi datam exiſtimabat, ideoque inita cum Perſis ſocietate, Romanis, impellente in primis Cyriade, bellum inferebat. [8]) Sed

uixit, perferens calorem, pluuias et omnia mala, quae in ſe continent uenatoriae uoluptates: quibus duratus, ſolem ac puluerem in bellis Perſicis tulit.

7) Geſſiſſe hanc dignitatem Odenatum ante quam a Gallieno in ſocietatem Rom. imperii cooptaretur, docet illa *Inſcript. Gr.* quam *not.* 4. *b.* §. exhibemus, et habuiſſe quoque in ſenatoria dignitate collegam, filium Airanen, itidem intelligitur ex alia Inſcriptione Palmyrena, quam exhibet et interpretatur SELLERVS *Append.* p. 339. ubi legitur: CEΠTIMION AIΓANHN ΟΔΑΙΝΑΘΟΥ ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΣΥΓΚΛΗΤΙΚΟΝ.

8) Videtur Odenatus quum tempeſtate Decii et Voluſiani Imp. Perſae Meſopotamia Syriaque occupata in Oriente late praedam agerent, tutius conſultiusque exiſtimaſſe non reſiſtere tantae potentiae, et potius uictori populo ſe adſociare. Certe ſocium Perſarum fuiſſe Odenatum antequam Valerianus in Orientem proficiſceretur, POLLIO indicare uidetur, qui narrans de Cyriade quod Saporem ad inferendum Romanis bellum ſollicitauerit, addit ab eo antea quoque Odenatum ad Perſarum partes transductum. Verba eius haec ſunt: in *uita Cyriadis* p. 256. *Hic -- direpta maga parte auri, argenti etiam infinito pondere, Perſas petiit: atque inde Sapori regi coniunctus atque ſociatus, quum hortator belli Romanis inferendi fuiſſet, Odenatum primum, deinde Saporem ad Romanum ſolum traxit; Antiochia etiam capta et Caeſarea, Caeſarianum nomen accepit.* Initum hoc cum Perſis foedus ſecundo Valeriani anno putat TRISTANVS

Sed quum eo tempore Valeria[illegible]us Rom. Imp. cum ingenti exercitu in Scythas, qui Chalce[illegible]one occupata, Nicea dele-ta celebratiſſimum, quod Epheſi erat, Dianae templum exuſtum dirutumque perdiderant, expeditionem ſuſciperet, et inde in Perſas moueret, Odenatus multa illa maximaque beneficia, quibus maiores ab imperatoribus Romanis adfecti fuerant [9]) memoria repetens, relictis, cum quibus antea foedus inierat, mox Romanis adhaeſit, et de illis ita deinceps meruit, ut imperium ab eo reſtitutum in Oriente fateren-tur. [10]) Etſi enim capto poſt a Perſis VALERIANO [11]) Romanas partes, quod Perſas Romanos in Oriente uiribus longe

STANVS *Comment. Hiſtoriq.* T. III. p. 25. ſed negat rem omnem et *Odonaſten* quendam in cit. POLLIONIS loco legit SALMASIVS in *notis* ad *hiſt. Cyriad.* p. 257. cuius tamen dubitandi rationes adcurate diluit SELLERVS *Antiq. of. Palm.* p. 51.

9) Conf. illuſtrem ZOSIMI locum *not. ſ. b.* §. adſcriptum.

10) POLLIO ſub initium *uit. Odenati.* p. 298. *Niſi Odenatus princeps Palmyrenus, capto Valeriano, feſſis Rom. Reip. uiribus ſumſiſſet imperium, in Oriente res perditae eſſent.*

11) Qua ratione id acciderit, ut *P. Licinius Valerianus Imp.* in Perſarum manus ueniret, et ubi captus ſit, diſſenſus multus eſt. TREBELLIVS POLLIO in *uit. Valer.* c. III. *Victum*, ait, *ductu cuiusdam ducis ſui, ſeu fraude ſeu aduerſa fortuna*, ad quem locum omnino conf. quae in notis caſtigat SALMASIVS, p. 179. AVREL. VICT. *Epit. in Meſopotamia ſuperatum, mox etiam captum*, ZONARVS T. II. p. 234. apud *Edeſſam* in pugna captum memorat. Addit idem *Hiſtoricus* alium rumorem, ſeditione militum orta, ne ab iis interficeretur ad Perſas ultro profugiſſe Valerianum. ABVLFARAIVS *Babylonem* a Perſis abductum ſcribit *Dynaſt.* VII. p. 128. CEDRENVS p. 212. *Caeſaream* Cappadociae nominat locum infelicitatis Romani. ZOSIMVS L. I. c. XXXVI. narrat, Imperatorem, poſtquam in deſerta loca adduxiſſet milites, attritis copiis data pecunia bello finem imponere uoluiſſe, et eo nomine ad Saporem legatos miſiſſe, hunc uero, ut imperator ipſe in colloquium ueniret, ipoſtulaſſe, cui quum imprudenter ſe credidiſſet, ab hoſte captum fuiſſe. uid. PET. PATRICII *Eclog. Legat.* p. 29. TILLEMONT *Hiſt. des Emp.* Tom. III. p. 737. Sed quoquo modo captus fuit, illud omnino certiſſimum eſt, hanc infelicitatem Imperatoris *Romano nomini perniciosum* et *pene exitiabile imperium* effeciſſe, ut ait EVTROPIVS L. VIIII. c. VII.

ge antecedere ſentiret, deſerere decreuiſſet, idque miſſis ad Saporem, Perſarum regem, litteris ſignificaſſet, [12]) tamen, quum ob easdem litteras ſe in offenſam Barbari ueniſſe didiciſſet, ſtatim de nulla re magis, quam de liberando, [13]) qui in ſeruitute tenebatur, Valeriano, cogitauit. [14]) Nec diu ei quaerenda erat premendi Saporis occaſio, quia regem e Syria et Cilicia cum ingenti praeda uenire Perſidemque ſuam repetere uelle ei nuntiabatur. Hunc igitur collecto ſtatim agreſtium manu, [15]) quum per difficilem uallem

12) Refert hoc PETRVS PATRICIVS *Ecclog. Legat.* p. 29. b. et ex illo TILLEMONTIVS c. lib. p. 950. ubi ait de Odenato: *Cet homme deſtiné de Dieu pour humilier l'orgueil de Sapor, eſtoit demeuré comme inconnu juſqu' a la priſe de Valerien. Cette priſe vendant, Sapor redoutable à tout le monde, Odenat pour le gagner, luy écriuit une lettre fort reſpectueuſe, ou il luy proteſtoit qu' il n'auoit jamais rien fait contre les Perſes et il luy enuoya en meſme temps pluſieurs chameaux chargez de preſens tres riches, et de diverſts choſes, qui ne ſont pas communes dans la Perſe. Sapor, oubliant que les plus grands ont beſoin des plus petits, trouva que c' eſtoit une inſolence à un homme ſi peu conſiderable de luy auoir oſé ecrire, au lieu de venir luy meſme, déchira ſa lettre, ordonna de jetter ſes preſens dans la riviere, et dit à ſes deputez qu' il luy apprendroit comment un homme fait comme luy deuoit traitter avec ſon maiſtre; qu' il exterminеroit et luy, et ſa famille, et ſa patrie, et que ſ' il vouloit obtenir un chaſtiment moins rigoureux, il vint ſe proſterner à ſes pieds es mans liees derriere le dos.*

13) POLLIO Gallien. c. X. p. 211. *Quum nihil aliud ageret niſi ut Valerianum Odenatus liberaret, inſtabat quotidie, ac locorum difficultatibus in alieno ſolo imperator optimus laborabat.*

14) Conſtat nimis dure Valerianum in captiuitate fuiſſe habitum ac ſi mancipium uiliſſimum eſſet. Seruitutem eius, qua apud Perſas conſenuit, *ignobilem*, *ignominioſiſſimam*, et *extremam* adpellant hiſtoriarum conditores, et referunt Perſarum regem, pedem ſuper dorſum eius impoſuiſſe quoties uel equum uel uehiculum eſſet conſcenſurus. uid. OROSIVS VII. c. XXII. p. 517. *edit. Hauerc.* VICTOR. *Epitom.* c. XXXXVI. LACTANTIVS de *Mort. Perſec.* c. V. p. 1380. edit. BÜNEM.

15) Multa inter eruditos quaeſtio fuit, quinam tandem hi fuerint *agreſtes*. Ait SEXTVS RVFVS c XXIII. Odenatum *collecta Syrorum agreſtium manu* Perſis reſtitiſſe et OROSIVS c. l. dicit per Odenatum *collecta agreſti manu, victos repulſosque Perſas:* Et paucis interiectis: *Vſque ad Cteſiphontem ruſticani Syriae cum Odenato ſuo uincendo uenerunt.* IO. MALALA in loco, quem paullo infra

in Camagenenſi regione exercitum duceret, tale nihil metuentem in uia adortus, magna caede facta, fudit, [16]) nec multo poſt maiorem ulciſcendae iniuriae facultatem obtinuit. [17]) Nam captiui imperatoris filius et imperii auguſtaeque

fra excitabimus, ἀγρικὸς adpellat iſtos homines, qui aliis ἀγρῖωται dicuntur. Poſſet quis ruricolas et agrorum cultores intelligere. Sed obſeruat IO. SCALIGER ad *Euſebium* p. 237. Agreſtium nomine in Syria notum fuiſſe genus hominum montanum, imperii impatiens, uagando et latrocinando uitam tolerans. Videntur itaque agreſtes illi tales fuiſſe cuiusmodi hodie Banduri, Waraſdini, Tolpatſchii habentur, qui his ipſis diebus pro ſalute reginae Hungariae pugnantes, innotuerunt. Hos homines ZENOBIA in *Epiſt. ad Aurel.* apud VOPISCVM in *uit. Aurel.* c. XXVII. *latrones Syros* nominat, quos tumultuarios milites, quia omnia habent uenalia, ſpe praedae facta aut mercede promiſſa, hoc, quo maturato opus erat, tempore facile colligere potuit Odenatus, quum auctore conſilii ZENOBIA Saporem ex improuiſo adgrederetur. In altera uero contra Perſas expeditione, quam iuſſu Gallieni ſuſcepit Odenatus, melioribus copiis inſtructus et Romanis militibus ex Syriae praeſidiis uſus fuit. Narrat enim ZOSIMVS Hiſt. L. I. c. XXXVIIII. τοῖς ἀυτόθι λελειμμένοις στρατοπέδοις δύναμιν ἀναμίξας ὅτι πλείστην ἰκετίαν contra Saporem ſit profectus. Et ſic adparet ratio cur haec de agreſtibus loca ad primam Odenati expeditionem referenda cenſeamus. Alii aliter has diuidunt expeditiones, quod n. 27. h. §. docemus, nos uero TILLEMONTIVM in primis ſequimur, qui, uti alias, ita et in Odenati hiſtoria multam iudicii vim attulit, et praeceteris hic adcurate definiuit.

16) Eo tempore adeo feliciter res ſucceſſit Odenato, ut in ingens periculum adduceret Perſam. Refert ZONARAS *uit. Val.* p. 132. T. II. Saporem ad profundam uallem redactum, per quem tranſitus non patuerit, captiuos interfici et in uallem abiici iuſſiſſe, et ſic complanata ualle per cadauera traduxiſſe. conf. AGATHIAS L. IIII. p. 134. Ad haec etiam tempora puto referenda eſſe, quae in PETRI PATRICII *Excerpt. Conſtant.* p. 25. legimus, exercitus Perſicos, qui in Meſopotamia remanſerant, poſtquam tandem magno in diſcrimine Sapor Euphraten traieciſſet, ſibi inuicem fuiſſe congratulatos, quod commilitones maximis ſe periculis expediuiſſent. Sane adeo magnus tunc terror inuaſerat Perſas, ut ſumma cum feſtinatione patriam repeterent, et narrat *idem auctor* Saporem, tandem eluctatum, et per agrum Edeſſenorum cum exercitu proficiſcentem, Romanis, qui in praeſidiis Edeſſae erant, ne ſibi impedimento eſſent, omnem de Syriae ſpoliis pecuniam obtuliſſe. *nid.* SYNCELLVS. p. 382.

17) Ad hanc primam Odenati in Perſas expeditionem referenda uidentur, quae narrat DOMNINVS apud IOAN. MALALAM *Hiſt. chron.* p. 391.

que *dignitatis* consors, PVBL. LICIN. GALLIENVS, *imperator* satis ridiculus [18]) ad quem liberandi Valeriani officium *in* primis spectabat, huius potius captiuitate supra modum laetatus, [19]) animi, nescio quo, abrepti specimina edebat pluri-

391. 92. et quamquam illa miris incrustata fabulis sunt, tamen uerum inde elicere facile poterit, qui ex melioribus auctoribus illam cognitam habet historiam, quae huic narrationi praebuit natales. Refert scil. ANTIOCHENVS Saporem ingentibus instructum copiis per uniuersum Orientem uastans comburensque omnia Emisam usque fuisse grassatum. Ibi uero Sampsigeramum, Veneris Sacerdotem, rustica fundatorum manu stipatum, regi obuiam processisse, seque pro *patria* legatum uenire dixisse. Interea dum Sapor cum ipso sermones habuerit, ex rusticis quidam uibrato in regem lapide fronte eum percussisse, quo cognito exercitus Persicos, Romanos uenire existimantes, in fugam se coniecisse, Sampsigeramo cum turba sua rustica eos deinceps persequente. Per limites uero redeuntes illos adortum esse ENATHVM, Romanorum socium, *regem barbarorum Saracenorum*, qui uxorem habuerit ZENOBIAM, et Persarum copias omnes profligasse. Addit deinde idem *Malala* aliam ex PHILOSTRATO narrationem, quae itidem hanc Odenati designat expeditionem atque cum Domnini illa conciliari potest, etsi, quae Domninus habet, *Malalae* ueriora uideantur. Tradit nempe eo tempore Antiochiam, Nicopolin, item Ciliciam eiusque urbes, incendio deuastasse Saporem, sed Persiden suam per Cappadociam repetenti, ei ceu belli socium obuiam processisse Enathum, Saracenorum regem, tandemque eum interfecisse. *Chronograph.* p. 393. *edit. Oxon.*

18) De socordia et ignauia Gallieni ubique querelae apud Romanos scripores, quae iam non uacat adscribere. Haud tamen desunt, qui non adeo contemnendum Gallienum arbitrantur. De qua re multo uerius iudicandi habituri essemus facultatem, si CALPVRNIVS SVRA adhuc superesset, quem *Ephimerides uitae Gallieni* composuisse POLLIO sub finem *uitae Gallieni* memorat, et de quo G. I. VOSSIVS de *Hist. Lat.* L. II. §. 4. aut EPHORI CVMENI XXVII. *Libri historiae Gallieni*, quos laudat SVIDAS, aetatem tulissent, de quibus iterum *cf.* VOSSIVS de *Hist. Gr.* L. II. c. 16. Inter ea uideri possunt de Imperatoris laude pariter ac uituperio V. CL. CHRIST. GOTTL. SCHWARTZIVS *Miscell. Polit. humanit.* c. I. §. 7. et TILLEMONTIVS *Hist. des Emper.* p. 929. seq. T. III. qui etiam de damnis ex Gallieni negligentia in rem Romanam redundantibus adcurate, ut solet, commentatur *c. l.* p. 934. seq.

19) TREBELLIVS POLLIO in *Gallien. uit.* c. I. p. 188. *Gallienus comperta patris captiuitate gaudebat, uagabantur exercitus, murmurabant duces.* et p. 192. scribit: *Quum plerique patris eius captiuitatem moererent, ille specie decoris, quod pater eius uirtutis studio deceptus uideretur. supra modum laetatus est. Constabat autem censuram parentis eum ferre non potuisse, uotiuumque illi fuisse, quod immi-*

in Camagenensi regione exercitum duceret, tale nihil metuentem in uia adortus, magna caede facta, fudit, [16]) nec multo post maiorem ulciscendae iniuriae facultatem obtinuit. [17]) Nam captiui imperatoris filius et imperii augustaeque

fra excitabimus, ἀγρικὸς adpellat istos homines, qui aliis ἀγρίωτας dicuntur. Posset quis ruricolas et agrorum cultores intelligere. Sed obseruat IO. SCALIGER ad *Eusebium* p. 237. Agrestium nomine in Syria notum fuisse genus hominum montanum, imperii impatiens, uagando et latrocinando uitam tolerans. Videntur itaque agrestes illi tales fuisse cuiusmodi hodie Banduri, Warasdini, Tolpatschii habentur, qui his ipsis diebus pro salute reginae Hungariae pugnantes, innotuerunt. Hos homines ZENOBIA in *Epist. ad Aurel.* apud VOPISCVM in *uit. Aurel.* c. XXVII. *latrones Syros* nominat, quos tumultuarios milites, quia omnia habent uenalia, spe praedae facta aut mercede promissa, hoc, quo maturato opus erat, tempore facile colligere potuit Odenatus, quum auctore consilii ZENOBIA Saporem ex improuiso adgrederetur. In altera uero contra Persas expeditione, quam iussu Gallieni fuscepit Odenatus, melioribus copiis instructus et Romanis militibus ex Syriae praesidiis usus fuit. Narrat enim ZOSIMVS Hist. L. I. c. XXXVIIII. τοῖς ἀυτόθι λελειμμένοις στρατοπέδοις δύναμιν ἀναμίξας ὅτι πλείστην ἰκετίαν contra Saporem sit profectus. Et sic adparet ratio cur haec de agrestibus loca ad primam Odenati expeditionem referenda censeamus. Alii aliter has diuidunt expeditiones, quod n. 27. h. §. docemus, nos uero TILLEMONTIVM in primis sequimur, qui, uti alias, ita et in Odenati historia multam iudicii vim attulit, et praeceteris hic adcurate definiuit.

16) Eo tempore adeo feliciter res succesſit Odenato, ut in ingens periculum adduceret Persam. Refert ZONARAS *uit. Val.* p. 132. T. II. Saporem ad profundam uallem redactum, per quem transitus non patuerit, captiuos interfici et in uallem abiici iussisse, et sic complanata ualle per cadauera traduxisse. conf. AGATHIAS L. IIII. p. 134. Ad haec etiam tempora puto referenda esse, quae in PETRI PATRICII *Excerpt. Constant.* p. 25. legimus, exercitus Persicos, qui in Mesopotamia remanserant, postquam tandem magno in discrimine Sapor Euphraten traiecisset, sibi inuicem fuisse congratulatos, quod commilitones maximis se periculis expediuissent. Sane adeo magnus tunc terror inuaserat Persas, ut summa cum festinatione patriam repeterent, et narrat *idem auctor* Saporem, tandem eluctatum, et per agrum Edessenorum cum exercitu proficiscentem, Romanis, qui in praesidiis Edessae erant, ne sibi impedimento essent, omnem de Syriae spoliis pecuniam obtulisse. *uid.* SYNCELLVS. p. 382.

17) Ad hanc primam Odenati in Persas expeditionem referenda uidentur, quae narrat DOMNINVS apud IOAN. MALALAM *Hist. chron.* p. 391.

que dignitatis consors, PVBL. LICIN. GALLIENVS, imperator satis ridiculus [18]) ad quem liberandi Valeriani officium in primis spectabat, huius potius captiuitate supra modum laetatus, [19]) animi, nescio quo, abrepti specimina edebat

pluri-

391. 92. et quamquam illa miris incrustata fabulis sunt, tamen uerum inde elicere facile poterit, qui ex melioribus auctoribus illam cognitam habet historiam, quae huic narrationi praebuit natales. Refert scil. ANTIOCHENVS Saporem ingentibus instructum copiis per uniuersum Orientem uastans comburensque omnia Emisam usque fuisse grassatum. Ibi uero Sampsigeramum, Veneris Sacerdotem, rustica fundatorum manu stipatum, regi obuiam processisse, seque pro patria legatum uenire dixisse. Interea dum Sapor cum ipso sermones habuerit, ex rusticis quidam uibrato in regem lapide fronte eum percussisse, quo cognito exercitus Persicos, Romanos uenire existimantes, in fugam se coniecisse, Sampsigeramo cum turba sua rustica eos deinceps persequente. Per limites uero redeuntes illos adortum esse ENATHVM, Romanorum socium, *regem barbarorum Saracenorum*, qui uxorem habuerit ZENOBIAM, et Persarum copias omnes profligasse. Addit deinde idem *Malala* aliam ex PHILOSTRATO narrationem, quae itidem hanc Odenati designat expeditionem atque cum Domnini illa conciliari potest, etsi, quae Domninus habet, *Malalae* ueriora uideantur. Tradit nempe eo tempore Antiochiam, Nicopolin, item Ciliciam eiusque urbes, incendio deuastasse Saporem, sed Persiden suam per Cappadociam repetenti, ei ceu belli socium obuiam processisse Enathum, Saracenorum regem, tandemque eum interfecisse. *Chronograph.* p. 393. *edit. Oxon.*

18) De socordia et ignauia Gallieni ubique querelae apud Romanos scripores, quae iam non uacat adscribere. Haud tamen desunt, qui non adeo contemnendum Gallienum arbitrantur. De qua re multo uerius iudicandi habituri essemus facultatem, si C. ALPVRNIVS SVRA adhuc superesset, quem *Ephimerides uitae Gallieni* composuisse POLLIO sub finem *uitae Gallieni* memorat, et de quo G. I. VOSSIVS de *Hist. Lat.* L. II. §. 4. aut EPHORI CVMENI XXVII. *Libri historiae Gallieni*, quos laudat SVIDAS, aeratem tulissent, de quibus iterum *cf.* VOSSIVS de *Hist. Gr.* L. II. c. 16. Inter ea uideri possunt de Imperatoris laude pariter ac uituperio V. CL. CHRIST. GOTTL. SCHWARTZIVS *Miscell. Polit. humanit.* c. I. §. 7. et TILLEMONTIVS *Hist. des Emper.* p. 929. seq. T. III. qui etiam de damnis ex Gallieni negligentia in rem Romanam redundantibus adcurate, ut solet, commentatur *c. l.* p. 934. seq.

19) TREBELLIVS POLLIO in *Gallien. uit.* c. I. p. 188. *Gallienus comperta patris captiuitate gaudebat, uagabantur exercitus, murmurabant duces.* et p. 192. scribit: *Quum plerique patris eius captiuitatem moererent, ille specie decoris, quod pater eius uirtutis studio deceptus uideretur, supra modum laetatus est. Constabat autem censuram parentis eum ferre non potuisse, uotiuumque illi fuisse, quod immi-*

plurima, in quibus exponendis effusi sunt Romani scriptores, in primis POLLIO, qui adeo absona de hoc narrat imperatore, ut uel ex his locis ii sententiam tueri suam posse uideantur, qui non tam historicos quam satyricos uolunt minores illos hist. aug. scriptores. [20]) Inter ea Gallieno iniquissime agente, Romaeque ineptissimis rebus occupato, [21]) barbari, quod nemo erat, qui rem publicam susciperet defendendam, undique in Romanum imperium se infuderunt. Germani per Gallias ad Hispanias penetrarunt, et in Italia Rauennam usque peruenerunt. Graecia, Macedonia, Pontus, uastata per Gothos, Dacia ultra Danubium amissa, Pannonia a Sarmatis Quadisque populata, Mesopotamia, Syria a Persis occupata, Cilicia et Cappadocia in periculum adducta, [22]) tantaeque per uniuersum imperium uisae deuastationes, ut OROSIVS, [23]) quae suo tempore *per diuersas prouincias* conspiciebantur, *magnarum urbium ruinas, pauperes sedes, signa miseriarum et nominum indicia seruantes*, huius Gallieni socordiae testes profiteatur. Quam ob

imminentem ceruicibus suis grauitatem patriam non haberet.

20) uid. GOTTLIEB STOLLII *Historie der Gelahrheit* p. 269.

21) Ridicula profecto sunt, quae habet de Gallieno POLLIO in *uita* eius, de quibus pauca iam animi gratia excerpemus. Dicit ibi Historicus de imperatore Romano: *Veris tempore cubicula de rosis fecit, de ponis castella composuit, uuas triennio seruauit, hieme summa melones exhibuit, mustum, quemadmodum toto anno haberetur, docuit. - - Qui natus abdomini et uoluptatibus, dies ac nocles uino et stupris perdidit. - - - Concubinae in eius tricliniis saepe adcubuerunt. Mensam secundam scurrarum et minorum semper prope habuit. - - Crinibus suis auri scobem adsperfit. - - Matronas ad consulatum suum rogauit.* c. XVI. p. 230. 31. Aliud quoque de uoluptatibus Gallieni exstat testimonium apud AVRELIVM VICTOREM *de Caesar.* c. 33. edit. *Pitisc.* p. 380. qui postquam Romani eo tempore decrescentem florem imperii descripsit, de Gallieno inquit: *Inter haec ipse popinas ganeasque obiens, lenonum uinariorumque amicitiis haerebat, expositus Saloninae coniugi atque amori flagitioso filiae Attali, Germanorum regis, Pipae nomine.*

22) In hac commemoranda calamitate EVTROPII uerbis fere usi sumus *Hist. Rom. Breu.* L. VIIII. c. VIII p. 404.

23) *Hist.* L. VII. c. XXII. p. 518.

ob cauſſam, quum in tantis malis Gallienus, neque de prouinciis uindicandis, neque de patre in libertatem reſtituendo eſſet ſollicitus, [24]) et praeter ea nulla ſpes in fratre Valeriano, quem *eruditione pro aetate* quidem *clarum* [25]) ſed a re publica abhorrentem memorant, adpareret, nec in filiis Gallieni [26]) praeſidii quidquam relictum uideretur, ſic deſerto a ſuo principe Romano orbe prouinciarum praeſides, id aegre ferentes, pro ſe quiſque putabant, quoquo modo poſſent, rem publicam, ne, quae inuaſerant gentes barbarae, delerent uniuerſam, ſibi tuendam eſſe et uindicandam. Hinc Poſtumus in Gallia, Aureolus in Illyrico, Macrianus in Aſia, Valens et Piſo in Graecia, Aemilianus in Aegypto, alii aiis in locis, ita ut triginta tales ſcripto ſingulari libro produxerit TREBELLIVS POLLIO, principatum inierunt, Valeriano interim apud Perſas conſeneſcente. Tandem iam *deſperatis* rebus et deleto pene imperio Romano, quod unusquisque, qui ſe armis defendere poterat, imperator dici cupiebat, poſt diuturnum ſatis et noxium ſomnum expergefactus Gallienus, et res circumquaque adflictas, et ſigillatim in Oriente prope proſtratas cognoſcens, Odenato, quem audiuerat feliciter contra Perſas pugnaſſe, id dedit negotii, ut cum hoſtibus illis denuo congreſſus, eos a Romanis finibus propulſaret. [27]) Odenatus probe intelligens in

24) Nam praeſente patre *placidus et quietus* fuit, illo autem amoto, *in omnem laſciuiam diſſolutus, tenendae rei publicae habenas probroſa ignauia et deſperatione laxauit*, ut de eo indicat EVTROPIVS, c. 1.

25) POLLIO in *uita Valer. iun.* p. 183.

26) Non unum Gallienus filium habuit cuius uitam ſcripſit TREBELLIVS p. 243. *Vol.* II. edit. *Script. Hiſt. Aug. Lugd. B.* ſed duo ex numis oſtentari poſſunt. Primum P. LIC. CORN. SALONINVM VALERIANVM pater conſecrauit, quia in numo apud CAR. PATINVM, *Numiſm. fam. Rom.* p. 417. DIVO CAESARI VALERIANO, et in poſtica CONSECRATIO legitur. Alterum IO. PETRVS BELLORIVS ad *Fr. Angeloni Numiſm.* f. 267. ex numo produxit, quo cuſum eſt: Q. IVL. SAL. GALLIENVS NOB. CAES. Videntur autem hi ea ſtatione conditioneque fuiſſe poſiti, qua nullam laceratae rei publicae ſalutis ſpem adferre potuerunt.

27) Quod non ſuis auſpiciis ſed iuſſu

in tanta Gallieni negligentia, nisi opportune succurratur, Persam breui tempore Orientis dominum futurum et Palmyrenos nullo negotio oppressurum, An. CCLXIIII. et priuata sua et publica Gallieni Romanorumque caussa cum ZENOBIA et filiis [28]) contra Persas profectus est, et proelio commisso eos profligauit, Nisibin, Carras et munitas in Mesopotamia urbes plurimas, quas inde a Luculli tempore ut Parthorum excursationes illarum praesidiis coercerent, Romani possederant, capto autem Valeriano Persae occupauerant, recuperauit, Mesopotamiam ipsam feliciſſime recepit, uictoriamque obtinuit uix cum multis Romanorum comparandam. [29]) Nam Ctesiphontem usque, quae ad ulteriorem Tigridis ripam posita Parthis regiam sedem praebuerat, Saporem eiusque *liberos persecutus, thesauros regios, et quas thesauris cariores habent reges Parthici, concubinas* cepit [30]) multos-

iussu Gallieni hanc susceperit expeditionem Odenatus, docet ZOSIMVS loco n. 5. h. §. adscripto, ubi dicit: Gallienus *desperatis rebus Orientis Odenatum* βοηθὸν ἔταξεν. Varie quidem diuiduntur ab aliis expeditiones, quas Odenatus in Persas susceperit, et sunt, qui omnia, quae Odenatus contra barbaros fortiter gessit, uno fortunae cursu peracta credunt, quandoquidem SELLERVS c. XIII. *Antiq. of Palm.* principis Palmyreni de Persis uictorias, passim ab historiarum conditoribus memoratas, una expeditione includit. Sed quia ZOSIMVS c. l. exsertis uerbis dicit, quod Odenatum contra Persas miserit Gallienus, et praeter ea uix probabile est Gallieno rem publicam ita cordi fuisse, ut ultro mandauerit Odenato defensionem Orientis antequam eum id iam praeclare peregisse audiret; omnino existimamus, primum in Persas impetum ultro feciſſe Odenatum, secundam uero expeditionem ei praecepisse Gallienum, superioris uictoriae felici fama excitatum. Atque ita si diuidimus expeditiones Odenati, omnis de huius principis uictoriis historia, multis alias constricta difficultatibus plana erit et retecta.

28) POLLIO sub initium *uitae Odenati* p. 298. *Cum uxore* ZENOBIA *et filio maiore, cui erat nomen Herodes, minoribus Herenniano et Timolao, collecto exercitu contra Persas profectus est.*

29) EVTROPIVS in fine c. X. L. VIIII. p. 409. *Per Odenatum Persae uicti sunt, defensa Syria, recepta Mesopotamia, usque ad Ctesiphontem Odenatus penetrauit.* uid. et ZOSIMVS L. I. c. 39.

30) POLLIO in *uita Valer.* c. VII. p. 183. quod etiam denuo confirmat idem AVCTOR in *uita Oden.* p. 298. ubi dicit de principe Palmyreno: *Nisibin primum et Orientis plerasque cum omni Mesopotamia in potestatem*

multosque nobiles Perſarum in ſeruitutem abduxit, quorum *plurimos* ad Gallienum in Italiam transmiſit, qui de *illis* poſt *modo* triumphauit,[31]) et uiro fortiſſimo gratiam relaturus, eum ducem Orientis adpellauit. [32]) Sic uindicata Gallieni negligentia, Odenatus, poſtquam cadentem in Oriente rem Romanam uirtute ſua ſuſtinuerat, patriam pace et libertate ornauerat, faſtumque potentiſſimi Orientis domini depreſſerat, et ſi exceperis, quod ſpe recuperandi Valeriani fuit fruſtratus, quippe quem poſt primum in Perſas impetum interfeciſſe uidetur Sapor, [33]) omnia proſpere feliciterque confecerat,

tem recepit, deinde ipſum regem uictum fugere coegit, poſtremo Cteſiphonta uſque ſaporem et eius liberos perſequutus, captis concubinis, capta etiam magna praeda ad Orientem uertit. conf. IDEM in *Gallien.* c. X. p. 211.

31) *Nec defuit tamen reuerentia Odenati circa Gallienum. Nam captos ſatrapas inſultandi prope gratia et oſtentandi ſui, ad eum miſit. Qui quum Romam deducti eſſent, uincente Odenato triumphauit Gallienus.* TREBELLIVS *Gallien.* c. X. p. 211.

32) Ita enim ZONARAS p. 235. T. 2. de Gallieno: Odenatum τῦ στρατηγήματος ἀμειβόμενος τῆς ἰώας πρoεχειρίσατο στρατηγόν. Quod propius ad fidem eſt quam hoc, quod POLLIO *in Trig. Tyr.* narrat p. 298. Odenatum, antequam in Perſas proficiſceretur, *regale nomen adſumſiſſe.* Nam hac ratione ſi auguſtam nobis dignitatem uult deſignare, uix credibile uidetur eam prius quam pacato Oriente et Quieto atque Baliſta deletis obtinuiſſe Odenatus, in primis quia in altera expeditione captiuos Perſas in Italiam tranſmittendo Gallieni adhuc gratiam ambiebat.

33) Etſi EVTROPIVS L. VIIII. c. VI. Valerianum in *ignobili ſeruitute conſenuiſſe* ſcribit, et PETRVS PATRICIVS *Ecclog. Legat.* p. 26. eum μέχρι γύρος ἰσχύτε in cuſtodia detentum ait, tamen probabile uidetur, quod ſtatim poſt primam Odenati de Perſis uictoriam Sapor ira concitatus uita mulctauerit Romanum, quo tempore ſi TRISTANI rationibus fidem adhibemus p. 112. T. III. *Comment. Hiſtoriq.* ſeptuagenario maior fuit Imperator. uid. quos de annis imperii Valer. et Gall. calculos ducit POLLIO *Gallien.* c. III. pag. 251. ubi tamen incerta de his plurima ab auctoribus eſſe relicta fatetur. conf. etiam SELERVS c. XVI. *Antiq. of. Palm.* Magis certa ſunt, quae de mortis genere, quo periit Valerianus traduntur, quia plurimi in eo conueniunt ſcriptores, imperatorem a Perſa eſſe excoriatum. CEDRENVS p. 212. dicit de eo ἐκδαρεὶς ἐτελεύτησε. LACTANTIVS de *Mort. Perſec.* c. V. p. 1382. edit. *Bunem.* inquit: *derepta eſt ei cutis et exuta uiſceribus pellis.* AGATHIAS L. IIII. p. 128. quum Perſarum in cute hominum detrahenda immanitatem enarraſſet, ſubiicit: Sapores Valerianum ζωγρία ἑλὼν τοιῦδε τοῦ τρόπου ἐτιμωρήσατο.

cerat, et illuſtrem pariter ſibi gloriam comparuerat: Orientalis imperii aemulos quoque tollendos exiſtimabat. Tum in Aſia principatum occupauerat Macrianus [34]) ad Syriam uſque ditioni ſuae omnibus ſubiectis, qui cum filio eiusdem nominis ab Aureolo quodam in Illyrico caeſus, [35]) Quietum alterum filium Auguſti, nomine, ſub auſpiciis Baliſtae, [36]) ducis fortiſſimi, reliquerat. Hi communicatis cum Odenato conſiliis eo tempore, quo ille Saporem premebat, Perſas ex altera parte adorti eos aliquot praeliis laceſſiuerant, et reportatis de barbaris uictoriis elati, contra Gallienum purpuram ſumferant. [37]) Odenatus igitur *quaſi Gallieni partes uindicaret* [38]) eos Emeſae adgreſſus uicit, et Baliſtam ipſe interfecit, Quietum uero ciues Emeſani trucidarunt. [39]) Ita remo-

to. conf. PETRVS PATRICIVS c. l. et denuo AGATHIAS p. 129.

34) Hunc M. *Fuluuium Macrianum*, quemadmodum in numis adpellatur, ab exercitu in Aſia electum, iis omnibus inſtructum rebus deſcribit POLLIO *Gallien.* c. l. p. 189. quae eum dignum orbis terrarum imperio reddere potuerunt. conf. IDEM in *Trig Tyr.* c. XII. p. 285. ubi eius uitam dedit, et praeclarum Valeriani Imp. de eo iudicium integrum exhibuit.

35) POLLIO in *Macriani uita* p. 288. et in *Gallieno* p. 190.

36) Fuit is ſub Valeriano Imp. praefectus praetorio, *uir inſignis eruditus ad gerendam rem publicam, in conſiliis uehemens, in expeditionibus clarus*, quemadmodum de eo iudicat POLLIO in *Baliſta* p. 305. Ibi inter alia producit epiſtolam Valeriani ad Ragonium Clarum, Illyrici et Galliarum praefectum, in qua mirifice Baliſtam laudat imperator. Deinde quoque aliam eiusdem Imperatoris epiſtolam excitat, qua regendae rei publicae praecepta ſibi a Baliſta data ille gratus profitetur. Videtur etiam hic Baliſta is eſſe *Calliſtus*, quem laudat ZONARAS iu *uita Valer.* p. 134. T. 2. eiusque contra Perſas uirtutis ſpecimina plurima commemorat.

37) TREBELLIVS *Trig. Tyr.* p. 286. et p. 289.

38) POLLIO in *Quieto* p. 295. qui dum *Gallien.* c. III. p. 191. denuo dicit: *quaſi Gallieni partes ageret*, ſimulationis adcuſari uidetur Palmyrenus, quaſi uafre illo titulo uſus iam tum imperium anhelaſſet. At non ſuis, ſed Gallieni auſpiciis Odenatum hoc bellum ſuſcepiſſe, expreſſo uerbo manifeſtat ZONARAS p. 237. T. 2. quando ait: Ἐφ' ᾧς Γαλλῆνος Ὠδίναθον ἔπεμψεν, ἡγέμονευοντα τῶν Παλμυρηνῶν. TREBELLIVS etiam in *Baliſta* p. 307. ſimplicius ait: Baliſtam *in Gallieni gratiam* interemtum.

39) Ita ZONARAM ſequuti tradimus, qui c. l. ſcribit: Οἱ δ' ἐν Ἐμίσῃ διῆγον. ἐνθαγενόμενος ὁ Ὀδέναθος, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς, νικᾷ, καὶ τὸν μὲν Βαλλίσταν αὐτὸς ἀναιρεῖ, τὸν δὲ Κυίντον οἱ τῆς πόλεως

remotis, qui Palmyrenorum potentiae resistere poterant omnibus, possessor Orientis Odenatus, de rebus feliliter a se gestis ad Gallienum adcurate retulit, qui eum, ut ait POLLIO [40]) *consulto Valeriani fratris sui et Lucilli propinqui, participato imperio Augustum uocauit, eiusque monetam, qua Persas captos traheret, cudi iussit, quod et Senatus,* addit Historicus, *et urbs et omnis aetas gratanter accepit.* [41]) Adsumto igitur

 Augu-

λεως. Diuersissimae autem de horum interitu occurrunt apud scriptores opiniones. POLLIO *in Quieto* p. 295. eos a militibus captos et Odenato traditos scribit. IDEM in Balista p. 302. *Quieto per Odenatum occisso Balistae ueniam datam* refert. Addit ille p. 303 aliam narrationem: Balistam *priuatum in agro suo apud Daphnen interemtum*, et denuo aliam p. 307. *Balistum a gregario Odenati milite* interfectum. Quare in tam mira ueterum dissensione desperamus, recentiores in illis aliquid, quod certam formam habeat, inuenturos.

40) *Gallien.* c. XII. p. 215.

41) Haec declaratio Gallieni iustum legitimumque imperatorem reddidit Odenatum, quem pariter atque eius filium Heroden ideo e XXX. Tyrannorum catalogo eliminandum dudum censuerunt idonei iudices in primis SELLERVS, qui huius facti Gallieni mentionem iniiciens p. 59. *the History of. Palm.* subiicit: *so that the Historians with great iniustice reckon Odenatus and his son Herodian among the Tyrants, as if they had been Usurpers, who ought, to have been inserted into the Catalogue of the Lawful Emperors.* Et profecto si non attendamus quod imperium ab ipsis Augustis, nec non a S. P. Q. R. concessum confirmatumque habuit, summo iure sumsit imperii insignia, quippe uirtute et labore suo parta, atque ab ignauissimo Gallieno sibi quasi relicta. Nam Maesopotamiam, Syriam, et ex citeriori Asia, quae Macriani fuerant usque ad Bithyniam possidebat, istasque prouincias, non hostis, Gallieno, qui dudum amiserat, sed amicus Romanorum Persis et Quieto, qui usurpauerant eas, ingenti cum uirtute eripuerat. Deinde, quum Gallienus suis uitiis efficeret ut perderentur omnia, quae maiores tanto labore atque sanguine adparauerant, planeque nulla defendendi contra Persas Orientis spes ex Europa eluceret, maluit adsumto αυτοκρατορος nomine Romanas prouincias conseruare, quam eas barbaris et latronibus uastandas permittere et deripiendas. Et *si quid* etiam *iniqui* in primordio adfuisset, quod censente C. Cassio apud TACITVM *Annal.* L. XVII. c. 44. *omne magnum exemplum* habet, id tamen maiore et *publica utilitate* deinceps compensauit, quandoquidem de eo iudicat POLLIO in *Oden.* p. 299. si diutius superstes fuisset, eum *plane cum uxore* ZENOBIA *nonsolum Orientem, quem iam in pristinum reformauerat statum, sed omnes omnino totius orbis partes fuisse reformaturum.* Itaque omni iure Palmyrenus imperator, quia cuncta aderant, quae Romani imperatoris insignia habebantur, dici potuit Romanus imperator. Quam materiam solide

Auguſto nomine eoque cum ZENOBIA communicato, quem conſeruauerat Orientis orbem clementer, iuſte, fortiterque rexit et Herodem filium initio principem iuuentutis, deinde Auguſtum adpellauit. [42]) Non multo poſt bellum aduerſus Perſas aliquandiu intermiſſum repetiit, et iterum Cteſiphontem peruenit, atque tot tantasque clades Perſis intulit, ut omiſſo uicinos principes laceſſendi conſilio, ſatis benigna uti fortuna poſt multos annos uiderentur, ſi hoſtem a ſuis finibus propulſarent. [43]) Inter ea Scythae Phrygiam et Cappadociam inuaſerant, quos pariter opprimere cogitans Odenatus, contra eos cum ZENOBIA et Herode filio proficiſcitur. Illi uero Odenatum, ad cuius auditum nomen trepidabant, contra ſe uenire cognoſcentes, ſtatim Romanas fines reliquerunt, quos dum ad Heracleam proſequitur Odenatus, [44]) in medio fortunae curſu indigniſſime a Maeonio, fratris filio, et poſtea ad imperium proſiliente, cum Herode Caeſare eſt interemtus. [45])

Cauſſas

ſolide excuſſit, CELLARIVS *diſſ. de imperio Palm.* §. 39.

42) Sic legitur in numis apud BANDVRIVM *Vol.* I. p. 282. IMP. C. HERODES P. F. AVG. PRINCEPS IVVENTVTIS, item IMP. C. HERODIANVS AVG. Fuit uero hic *homo omnium delicatiſſimus, et prorſus orientalis, et Graecae luxuriae, cui erant ſigillata tentoria et aurati papiliones et omnia Perſica. Cuius ingenio uſus Odenatus, quidquid concubinarum regalium, quidquid diuitiarum gemmarumque cepit, eidem tradidit, paternae indulgentiae affectione permotus*, quemadmodum tradit POLLIO in eius *uita* p. 300.

43) Hanc ultimam Odenati in Perſas expeditionem luculenter ex optimis auctoribus deſcripſit TILLEMONTIVS *Hiſt. des Emp.* T. III. I. Emper. Gallien. *Art.* XV. p. 983.

44) v. SYNCELLVS. p. 382.

45) Haec paullo aliter narrat ZOSIMVS, qui *Hiſt.* L. I. c. XXXVIIII. refert Odenatum Emeſae degentem, et natalitiam quandam celebritatem peragentem ex inſidiis fuiſſe interemtum. Etiam de interfectore uariant auctores. TREBELLIVS in *Gallien.* c. XIII. p. 220. Odenatum a *conſobrino* ſuo *Maeonio* cum Herode filio fuiſſe interemtum refert, eademque repetit in *uita Odenati* p. 289. ſed ZONARAS *in uit. Gall.* p. 237. T. 2. ait: ὑπὸ τῦ ἰδίυ ἀδελφιδοῦς ἀπέθη. quae uerba illis *Trebellii* ueriora uidentur SELLERO p. 66. et CASAVBONO ad *Poll. Maeonium* p. 301. Parricida deinceps imperium ſumſit, quemadmodum POLLIO teſtatur c. l. et numi apud BANDVRIVM declarant, ſed, quum eſſet *ſpurciſſimus* et *per errorem imperator adpellatus*, ut ait TREBELLIVS in *Maeon.* p. 302. tranſactis aliquot diebus ab iis ipſis, qui eum Imperatorem fecerant, militibus

Cauſas caedis uarias adlegant auctores, et adfirmat POLLIO[46]) rei conſciam fuiſſe ZENOBIAM, quod tamen merito ſuſpectum iam uiſum fuit aliis. Et ſic periit Odenatus, uir fortiſſimus et multis uictoriis inſignis, anno poſtquam Auguſtus uocari coepit quarto uel quinto.[47]) Cuius mors adeo iniquo rei Romanae

tibus eodem, quo Odenatus, mortis genere eſt mulctatus. Poſt nefarii autem a Maeonio perpetrati facinoris expoſitionem hoc addit epiphonema SELLERVS p. 67. *So fell the moſt Unjuſt of Men to his relations, the moſt Diſloyal Traytor to his prince, the moſt Ungrateful Villain to his Benefactor, and the moſt Profligate of Wretches.* Cognita igitur ex optimis ſcriptoribus uera de Odenati interitu hiſtoria, facile denegabitur fides IO. MALALAE qui *Chronograph.* p. 392. credit, Odenatum a Gallieno occiſum fuiſſe. et p. 394. ait ZENOBIAM mariti caedem ulturam Romanis bellum intuliſſe. Sane errat *Antiochenus* aeque ac ATHAN. KIRCHERVS, ZENOBIAM Odenati filiam perhibens, *Latii Vet.* et *Nou.* p. 154.

46) In *Maeonio* p. 302. ait, quod *Zenobia primum cum Maeonio conſenſiſſe dicatur, quae ferre non potuerit ut priuignus eius Herodes priore loco quam filii eiu Herennianus et Timolaus principes d cerentur.* Sed ZOSIMVS, ZONARAS, alii, qui res de morte Odenati fuſe expoſuerunt, huius rei mentionem plane nullam iniiciunt, et traduntur haec, gloriae ZENOBIAE ualde inimica ab uno POLLIONE, quem in ZENOBIAM nonnumquam eſſe iniquum §. I. h. diſſ. docemus. Quare etiam recentiores quidam de ueritate huius narrationis caute dubitarunt, et liceat SELLERI uerba in praeſenti tempore adſcribere, quibus rei fidem infringit. Nam ad hunc accedens locum p. 92. *Hiſt. of Palm.* addit haec: *But this is reported by only one Hiſtorian; and I cannot believe, that to rid herhands of a ſon-in-Law, ſhe would conſent to the Parricide of her Husband, whom ſhe lov'd ſo dearly, and who ſo well deſev'dit; for they both fell at the ſame time, and by the ſame Hand.* Equidem non multo poſt ſubiicit uir doctus: *But Diamonds have their Flavvs; and the richeſt Metals, ſome Alloy.* Sed, quas ille ſupra attulit, dubitandi rationes, illae tantum in ſe habent roboris, vt indignum *Sellero* exiſtimamus rem poſtea in dubio reliquiſſe. Verior videtur illa caedis cauſa, quam adfert ZONARAS *uit, Gallien.* p. 237. T. 2. Magna ſcilicet ignominia cui equum adimere apud Palmyrenos habebatur. uid. SELLERVS p. 10. Itaque refert Hiſtoricus Odenatum, quum in uenatione Maeonius belluam ſurgentem prior emiſſo iaculo deieciſſet, iratum ei equum ademiſſe, hominemque minas ſpirantem in uincula conieciſſe, factum autem Herodis deprecatione liberum, ſtricto gladio Odenatum pariter atque liberatorem in conuiuio interfeciſſe. Ceterum uid. CVSPINIANI *Caeſar.* p. 74.

47) Nam obtinuit totius Orientis imperium GALLIENO et SATVRNINO COSS. u. POLLIO c. X. *Gallien.* p. 211. et in numis eius L. A. *annus quartus* exprimitur. Itaque

nae fato accidisse uidetur *Romano Historico* [48]) ut in haec uerba erumpat: *Iratum fuisse Reip. Deum credo, qui interfecto Valeriano noluit Odenatum reseruare.*

§. VIIII.

Deleto igitur,qui atrocissimorum hostium, non cognati insidias effugere potuit,Odenato, et impio interfectore pariter remoto, ZENOBIA relictum a marito imperium, filiorum nomine magno animo in se suscepit, idque maiori deinceps uirtutis fama administrauit, adeo ut eius prospera et aduersa didicisse nec inutile nec iniucundum censeamus. Et haec fata nunc quoque a nobis exponenda essent,nisi libellus noster academicus iam ad in inexspectatam magnitudinem excreuisset. Itaque,quia praesenti exercitationi non iustum uolumen, sed breuem dissertationem destinauimus,quod nunc non possumus,alia dissertatione propediem efficiemus. In hac uero scribenda ita deinceps uersabimur,ut primum *secundam* ZENOBIAE *fortunam* perspicue ad contemplandum proponamus, et hinc feminae in bene regenda re publica sapientiam pariter atque prudentiam praedicemus, tum qua ratione Heracleanum Gallieni ducem superauit, et Aegyptum occupatam suae ditioni adiecit,doceamus,denique,quod eo inprimis tempore plurima maximaque potestatis ZENOBIAE documenta adparuerunt, quum illa Paullum Samosatenum tantopere tuendum ornandumque susciperet, de hoc etiam pauca adiiciamus. Ab his ad Aureliani Imp. tempora et *infelicitatem Augustae* perueniemus, atque pugnam ad Immas pugnatam, item praelium apud Emesam commissum describemus, deinde interitum urbis Palmyrae, captiuitatem ZENOBIAE, et Aureliani de ea triumphum, nec non priuatum habitum, ad quem tandem Romae redacta fuit, commemorabimus, quibus ultimum de filiis ZENOBIAE breuem commentationem subiungemus.

que mors Odenati prope in ultimum Gallieni annum incidisse uidetur.

48) TREBELLIVS *uit. Oden.* p. 299.

✲ ✲ ✲

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Wernsdorf, Ernst Friedrich,

De Septimia Zenobia Palmyrenorum Augusta

Lipsia 1742
4 Diss. 616#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10659409-8
VD18 14949121-001